

**www.e-rara.ch**

**Biblia Veteris ac Novi Testamenti**

**Pagnini, Sante**

**Basileae, 1564**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Liber Iudicum, [...]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# Liber Iudicum, Hebraicè שופטים

## NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

### CAPVT I.

3—Tribus Iuda dux belli constituitur. 4 Iudas cum Simeone expugnat Chananeos. 5 Adoni-bezec comprehenditur. 6 Ierusalē expugnatur. 11 Dabir capitur. 13 Othniel. 14 Achis filius dat Caleb terram irriguam. 17 Horma. 18 Gazer. Afcalon. Accaron. 21 Iebusæus habitat Ierusalē. 22 Bethel, quæ & Luz, expugnatur à filiis Ioseph. 26 Luz. 28 Chanani tributarij.



**V**IT autem post mortem Iehouah, interrogauerunt filij Iŷraēl Iehouam, dicentes, Quis ascendet ad Chenayanæum in principio ad pugandum cum eo?

**D**ixitque Dominus, Iehudáh ascendet: ecce dedi terram in manum eius.

**D**ixitque Iehudáh ad ŷSimyon fratre suū, Ascende mecum in sortem meam, vt pugnemus contra Chenayanæum: & ibo etiam ego tecum in sortem tuam. Et perrexit cum eo ŷSimyon.

**A**scenditque Iehudáh, & tradidit Iehouáh Chenayanæum & Perizæum in manum eorum, percusseruntque eos in Bezec, decē milia virorum.

**E**t inuenerunt Adoni-bézec in Bézec, & pugnaverunt contra eum, percusseruntque Chenayanæum & Perizæum.

**F**ugit itaq; Adoni-bezec, & persequuti sunt eum, comprehenderuntque & absciderunt pollices manuum eius & pedum eius.

**D**ixitque Adoni-bézec, Septuaginta Reges, pollicibus manuum eorum ac pedum abscissis, colligebant sub mēsa mea: sicut feci, sic reddidit mihi Deus. Et deduxerunt eum in Ierusaláim, & mortuus est ibi.

**P**ugnauerant autem filij Iehudáh contra Ierusaláim, & ceperant eam, percusserantque eam acie gladij, & ciuitatem miserant in ignem.

**E**t postea descenderunt filij Iehudáh ad pugandum contra Chenayanæum habitatem in monte & Meridie & planitie.

**P**errexit quoque Iehudáh ad Chenayanæum qui habitabat in Hebrón (nomē autem Hebrón antea fuit Ciriath-arbáy) & percusserunt ŷSewsái & Anhimán & Thalmái.

**P**errexit præterea inde ad habitatores Debir: (nomē verò Debir antea fuit Ciriath-ŷephér.)

**D**ixitque Chaléb, Qui percusserit Cyriath-ŷephér, & ceperit eam, dabo ei ŷAchóláh filiam meam in vxorem.

**C**epit autem eam ŷOthniel filius Cenáz fratris Chaléb, qui minor eo erat: deditque ei ŷAchóláh filiam suam in vxorem.

**F**uit autem, quum pergeret ipsa, instigauit eum vt peteret à patre suo agrum: & descendit de asino, dixitque ei Chaléb, Quid est tibi?

**D**ixitque ei: Da mihi benedictionem: quia terram aridam dedisti mihi, da mihi fontes a-

quarum. Et dedit ei Chaléb fontes superiores & fontes inferiores.

**F**ilij autem Ceni soceri Mowféh ascenderunt de Ciuitate palmarum cum filiis Iehudáh in desertum Iehudáh quod est in meridie ŷArád, & perrexit, & habitauit cum populo.

**E**t abiit Iehudáh cum ŷSimyon fratre suo, percusseruntque Chenayanæum habitatorē ŷSepháh, & vastauerunt eum, vocauitque nomen ciuitatis ŷHormáh.

**C**epitque Iehudáh, ŷAzzáh, & terminum eius: & ŷAŷscelón, & terminum eius: & ŷEcrón, & terminum eius.

**F**uitque Iehouáh cum Iehudáh, & possedit montem: non enim poterat expellere habitatores vallis, quia currus ferrei erant eis.

**D**ederuntque ipsi Chaléb ŷHebrón, sicut loquutus fuerat Mowféh, & expulit inde tres filios ŷAnác.

**I**ebusæum autem habitatorē Ierusaláim non expulerunt filij Biniamín: propterea habitauit Iebusæus cum filiis Biniamín, in Ierusaláim vsque ad diem hanc.

**A**scenderunt quoque domus Ioséph & ipsi in Beth-ŷél, & Iehouáh fuit cum eis.

**E**t explorari fecerunt domus Ioséph, Beth-ŷél: cuius nomen antea fuit Luz.

**V**ideruntque custodes virum egredientem ex vrbe, dixeruntque ei, Ostende nobis quæso ingressum vrbis, & faciemus tecum misericordiam.

**Q**ui ostendit eis introitum vrbis, percusseruntque urbem acie gladij: virum autem & omnem familiam eius, dimiserunt.

**P**errexit ergo vir in terram ŷHitthím, & ædificauit urbem, vocauitque nomen eius Luz. hoc est nomen eius vsque ad diem hanc.

**N**on expulit autē Menasché Beth-ŷean, & oppida eius: & Thayanách, & oppida eius: & habitatores Dor, & oppida eius: & habitatores Ibleyám, & oppida eius: & habitatores Megiddo, & oppida eius: cœpitq; Chenayanæus habitare in terra ipsa.

**E**t fuit, quum roboratus esset Iŷraēl, posuit Chenayanæum tributarium, nec expellendo expulit eum.

**E**phraím quoque non expulit Chenayanæum habitatem in Gázer: idcirco habitauit Chenayanæus in medio eius in Gázer.

**Z**ebulún non expulit habitatores Citrón, & habitatores Nahalól: propterea habitauit Chenayanæus in medio eius, fueruntq; ei tributarij.

**A**ŷér non expulit habitatores ŷAchó, & habitatores ŷSidón, & Anhláb, & Achzib, & ŷHelbáh, & Aphic, & Renhób.

**E**t habitauit Aŷér in medio Chenayanæi habitatoris terræ: non enim expulit eum.

**N**aphthali quoque non expulit habitatores Beth-ŷémews, & habitatores Beth-yanáth: proinde habitauit in medio Chenayanæorū habitatorum terræ: & habitatores Beth-ŷémews & Beth-yanáth erant eis tributarij.

34 Et com-

E  
Iosue. 14. d. 13.  
& 15. d. 14.  
Numer. 14.  
d. 24.

F

- 34 Et cōpulerunt Emoræi filios Dan ad montem: non enim permittebant eis vt descenderent in vallem.
- 35 Cœpitque Emoræus habitare in monte Hêreos, in Aialón, & in Sayalbim: & aggrauata est manus domus Ioséph, & fuerunt tributarij.
- 36 Terminus autem Emoræi erat ab Ascensu scorpionum à Petra, & suprà.

## CAPVT II.

*1 Angelus exprobrat Israëlitis quòd cum Chananæis fœdus fecerint. 3 Populo incredulo idola relinquit Deus in ruinam. 10 Israëlita qui opera Dei non nouerāt, adorant idola. 14 Traduntur in manus hostium. 16 Iudices constituit Deus super Israël, vt ipsum liberent. 17 Fornicatio. 19 Sequuntur suas aduentiones.*

- A** Scendit autem Angelus Iehouæ de Gilgál ad Bochim, & dixit, Eduxi vos ex Ægypto, & introduxi vos in terram pro qua iuraueram Patribus vestris, & dixi, Non irritum faciam pactum meum vobiscum in æternum:
- 2 Modò vos non feriatis pactum cum habitatoribus terræ huius, altaria eorum diruatis: & non obedistis voci meæ. cur hoc fecistis?
- 3 Et etiam dixi, Non expellam eos à facie vestra, sed erunt vobis in lateribus, & dij eorum erunt vobis in laqueum.
- 4 Et fuit, quum loqueretur Angelus Iehouæ verba hæc ad omnes filios Iŷraêl, leuauerunt populus vocem suam, & fleuerunt:
- 5 Vocaueruntque nomen loci ipsius Bochim: immolaueruntque ibi Iehouæ.
- B** 6 Dimiserat autem Iehouáay populum, & abierant filij Iŷraêl vnusquisque ad hereditatem suam, ad possidendum terram.
- 7 Seruieruntque populus Iehouæ cūctis diebus Iehouáay, & omnibus diebus Seniorum qui prolongauerunt dies post Iehouáay, qui viderant omne opus Iehouæ magnum quod fecit Iŷraêli.
- 8 Mortuus est autem Iehouáay filius Nū seruus Iehouæ, quum esset centum & decem annorum.
- 9 Sepelieruntque eum in termino hereditatis eius in Thimnâth-hêreos, in monte Æphráim ab Aquilone monti Gáyaws.
- 10 Et etiam omnis generatio illa aggregata est ad patres suos: surrexitque generatio alia post eos, qui non nouerāt Iehouam, & etiam opus quod fecit Iŷraêli.
- 11 Feceruntque filij Iŷraêl, malum in oculis Iehouæ, seruieruntque Beyalim.
- C** 12 Et dereliquerunt Iehouam Deum Patrum suorū, qui eduxerat eos è terra Ægypti, & iuerunt post deos alienos qui erant è diis populorum, qui erant in circuitu eorum, & incuruauerunt se eis: proinde irritauerunt Iehouam:
- 13 Dereliquerunt inquam Iehouam, & seruierunt ipsi Báyal, & Awstharóth.
- 14 Et iratus est furor Iehouæ contra Iŷraêl, & tradidit eos in manum diripientium, diripueruntque eos, & vendidit eos in manū inimicorum eorum in circuitu, nec potuerunt vltra consistere coram inimicis suis.
- 15 Quocunque egrediebantur, manus Iehouæ erat contra eos in malum, sicuti loquutus fuerat Iehouáh, & sicut iurauerat Iehouáh eis, & angustiis affecti sunt vehementer.
- 16 Suscitauit autem Iehouáh Iudices, qui eri-

Iosue 24. f. 28

perent eos è manu diripientium eos.

- 17 Et ne Iudices quidē suos audierunt, sed fornicati sunt post deos alienos, & incuruauerunt se eis, recesserunt citò de via per quam ambulauerant patres eorum vt audirent præcepta Iehouæ, non fecerunt sic.
- 18 Quum autem suscitasset Iehouáh eis Iudices, erat Iehouáh cum Iudice, & seruabat eos è manu inimicorū ipsorum omnibus diebus Iudicis: (pœnitebat enim Iehouam ad gemitum eorum propter oppressores eorum & coartatores eorum.)
- 19 Tandem mortuo Iudice, reuertebantur & corrumpebantur magis quàm patres eorum, ambulando post deos alienos, feruendo eis, & incuruando se eis: non remittebant de actibus illorum & de via illorum dura.
- 20 Propterea iratus est furor Iehouæ contra Iŷraêlem, & dixit, Eo quòd trāsgressa est gēs ista pactum meum quod præcepi Patribus eorum, nec obedierunt voci meæ:
- 21 Etiam ego posthac non expellam quēquam à facie eorum de Gentibus quas reliquit Iehouáay, & mortuus est:
- 22 Vt per eas tentem Iŷraêlem, sintne seruaturi viam Iehouæ, ambulando per eam, sicut seruauerunt Patres eorum, an non.
- 23 Itaque reliquit Iehouáh Gentes istas, non expellendo eas citò, nec tradidit eas in manū Iehouáay.

## CAPVT III.

*1 Chananæi, Amorrhæi, & huiusmodi quare relicti à Deo inter Iudeos. 5 Israëlita miscent connubia cum idololatriâ, & obliuiscuntur Dei. 9 Othoniel liberat populum. 10 Spiritus Dei in iudice. 12 Israëlita conuersi ad idola seruiunt Eglon regi Moab. 15 Ahd liberat populum, percusso Rege. 18 Moabitas tradit Deus in manus Israël, & occiduntur. 31 Sangar percussit Philistinum vomere.*

- I** Stæ autem sunt Gentes quas reliquit Iehouáh vt per eas tentaret Iŷraêlem, omnes qui non nouerant omnia bella Chenáyan:
- 2 Tantum vt scirent generationes filiorum Iŷraêl, & vt doceret eos bellum: tantum qui antea non cognouerant ea:
- 3 Quinque satrapæ Peliŷthim, omnesq; Chenayanæi, & Sidonij & Hiuanæi habitantes in monte Lebanón: à monte Báyal Hermón vŷque ad introitum Hamáth.
- 4 Fuerunt inquam vt tētaret per eas Iŷraêlem, vt sciret an parerēt præceptis Iehouæ quæ præcepit patribus eorum per manum Moŷéh.
- 5 Habitauerunt ergo filij Iŷraêl in medio Chenayanæi, Hitthæi, & Emoræi, & Perizæi, & Hiuanæi, & Iebusæi.
- 6 Acceperuntque filias eorum sibi in vxores, & filias suas dederunt filiis eorum, seruieruntque diis eorum.
- 7 Fecerunt igitur filij Iŷraêl malum in oculis Iehouæ, oblitique sunt Iehouæ Dei sui, & seruierunt Beyalim & lucis.
- 8 Itaque iratus est furor Iehouæ contra Iŷraêl, & vendidit eos in manum Chuŷanri-ŷyatháim regis Aram-naharáim: seruieruntque filij Iŷraêl Chuŷanri-ŷyatháim octo annos.
- 9 Clamauerunt autem filij Iŷraêl ad Iehouam: suscitauitque Iehouáh seruatorem filiis Iŷraêl, & seruauit eos, Othniel filium Cenáz

B

Cenáz



- descenditque **Sisera** de curru, & fugit pedibus suis.
- 16 **Barac** autem persequutus est currus & castra usque **Haroseth** gentium, & ceciderunt omnia castra **Sisera** acie gladij, non remansit ne vnus quidem.
- 17 **Sisera** autem fugit pedibus suis ad tabernaculum **Iayel** vxoris **Heber** **Cenai**. pax enim erat inter **Iabin** regem **Harfor**, & familiam **Heber** **Cenai**.
- 18 Et egressa est **Iayel** in occursum **Sisera**, dixitque ad eum, Declina domine mi, declina ad me, ne timeas. Et declinauit ad eam in tabernaculum, & operuit eum tegumento.
- 19 Dixitque ad eam, Da quæso mihi bibere paululum aquæ, quia sitio. Et aperuit vtrum lactis, potumque dedit ei, atque operuit eum.
- D 20 Dixit præterea ad eam, Sta ad ostium tabernaculi: vt si quis ingressus fuerit, & interrogauerit te, ac dixerit, Estne hic quisquam? dicas, Non.
- 21 Et tulit **Iayel** vxor **Heber** clauum tabernaculi, & posuit malleum in manu sua: ingressaque est ad eum clam, infixitque clauum in tempus eius, atque infixus est in terram (ille autem soporatus erat & lassus) & ita mortuus est.
- 22 Ecce autem **Barac** persequabatur **Sisera**: & egressa est **Iayel** in occursum eius, dixitque ei, Veni, & ostendam tibi virum quem queris. Qui ingressus est ad eam, & ecce **Sisera** erat prostratus humi mortuus, & clauus in tempore ipsius.
- 23 Humiliauit itaque Deus die illo **Iabin** regem **Chenayan** coram filiis **Israël**.
- 24 Et promouit fortitudo filiorum **Israël**, fuitque durior contra **Iabin** regem **Chenayan**, donec exciderint ipsum **Iabin** regem **Chenayan**.

## CAPVT V.

Canticum & gratiarum actio **Deboræ** & **Barac** post victoriam.

- 1 **C**ecinuit autem **Deborah** & **Barac** filius **Abinoyam** die illa, dicendo,
- 2 Dum vlscitur vltiones in **Israël**, dum sponte se offert populus, benedicite **Iehouæ**.
- 3 Audite Reges, auribus percipite Principes: ego **Iehouæ**, ego inquam canam, psallam **Iehouæ** Deo **Israël**.
- 4 **Iehouah** quum egressus es e **Sevir**, dum recessisti ex agro **Edom**, terra concussa est, etiam cæli stillauerunt, etiam nubes stillauerunt aquas:
- 5 Montes fluxerunt a facie **Iehouæ**, iste **Sinai** tremuit a facie **Iehouæ** Dei **Israël**.
- 6 In diebus **Samgar** filij **Anath**, in diebus **Iayel** cessauerunt semitæ: & ambulantes per semitas, ambulauerunt per semitas tortuosas.
- 7 Cessauerunt villæ in **Israël**, cessauerunt inquam, donec surrexi ego **Deborah**, donec inquam surrexi mater in **Israël**.
- 8 Quum elegit deos nouos, tunc fuit bellum in portis: clypeus si conspectus est, & lancea in quadraginta millibus in **Israël**.
- B 9 Cor meum ad principes **Israël**, qui voluntarij fuerunt in populo: benedicite **Iehouæ**.
- 10 Qui ascenditis asinas candidas, qui habitatis iuxta **Middin**, & qui inceditis in via, loquimini.
- 11 Propter sonitum iaculantium sagittas in locis vbi hauritur aqua, illic narrent iustitias **Iehouæ**, & iustitias villarum eius in **Israël**: tunc descenderunt ad portas populus **Iehouæ**.
- 12 Exurge, exurge **Deborah**: exurge, exurge, loquere canticum: surge **Barac**, & captiuam duc captiuitatem tuam filij **Abinoyam**.
- 13 Tunc dominatus est euasor fortibus populi: **Iehoua** dominari fecit me fortibus.
- 14 De **Ephraim** radix eorum, contra **Amalec**, post te **Beniamin** contra populos tuos: de **Machir** descenderunt principes, & de **Zebulun** trahentes stylo scribæ.
- 15 Principes quoque in **Issachar** cum **Deborah**, & **Issachar**: sic **Barac** in vallem missus est pedibus suis, in diuisionibus **Reuben** magnæ erant cogitationes cordis.
- 16 Cur sedisti inter duas caulas, vt audires sibilos gregum? in diuisionibus **Reuben** magnæ erant inuestigationes cordis.
- 17 **Gilyad** trans **Iardén** masit: sed **Dan** vt quid habitauit in nauibus? **Aser** sedit in portu marium, & in fracturis suis habitauit.
- 18 **Zebulun** est populus qui exposuit animam suam ad moriendum: & **Naphthali** super altitudines agri.
- 19 Venerunt Reges, pugnaverunt: tunc pugnaverunt Reges **Chenayan** in **Thayanach**, & iuxta aquas **Megiddo**: desiderabile argentum non acceperunt.
- 20 De cælo pugnaverunt, stellæ de viis suis pugnaverunt cum **Sisera**.
- 21 Torrens **Cison** scopauit eos, torrens antiquitatum torrens **Cison**, calcasti o anima mea in fortitudine.
- 22 Tunc quassatae sunt calces equi a sono pedum, sono pedum fortium eius.
- 23 Maledicite **Meroz**, dixit Angelus **Iehouæ**: maledicite maledicendo habitatoribus eius: quia non adfuerunt ad auxilium **Iehouæ**, ad auxilium inquam **Iehouæ** contra fortes.
- 24 Benedicatur præ mulieribus **Iayel** vxor **Heber** **Cenai**, præ mulieribus que in tabernaculo benedicatur.
- 25 Aquam postulauit, lac dedit: in phiala fortium obtulit butyrum.
- 26 Manum suam ad clauum misit, & dexteram suam ad malleum laborantium, concassauitque **Sisera**: abscidit caput eius, & perfodit, & perforauit tempus eius.
- 27 Inter pedes eius incuruatus est, cecidit, dormiuit inter pedes eius: incuruauit inquam sese, cecidit vbi incuruauit sese, ibi cecidit vastatus.
- 28 Per fenestram respexit, & vlulauit mater **Sisera**, per cæcellos inquam, dicens, Cur moratur currus eius venire? cur tardauerunt pedes quadrigarum eius?
- 29 Sapientiores principum eius responderunt, ipsa quoque seipsam lolabatur his uerbis,
- 30 Annon inuenerunt, & diuidunt spolia? puella una, aut duæ puellæ capiti viri: spolia discolorium ipsi **Sisera**, spolia inquam discolorium acupicta: discolor, ex vtraque parte acupicta in collum spolij.
- 31 Sic pereant omnes inimici tui **Iehouah**: diligentes

ligētes autē te sint sicut oritur sol in fortitudi-  
ne sua. Quieuit autē terra quadraginta annis.

## CAPVT VI.

1 *Israēlitæ ad idola conuersi opprimuntur à Madian septem annis.*  
11 *Angelus apparet Gedeoni.* 13 *Gedeon queritur Deo Israēlẽ*  
*tradi Madianitis.* 14 *Mittit Deus Gedeonem vt liberet Israēlẽ.*  
17 *Signũ à Deo petit Gedeo, quo certus sit se ab eo mitti.* 19 *Ge-*  
*deon offert Deo holocaustum, quod ignis totũ absumit.* 22 *Timet*  
*Gedeon quòd Angelum facie ad faciem viderit.* 24 *Altare.*  
25 *Iubetur Gedeon euertere aram Bāal, & altare Deo construere.*  
31 *Ioas pater Gedeonis callidẽ saluti filij sui consultit.* 32 *Ge-*  
*deon Ieroboal dicitur.* 34 *Spiritu Dei indutus Gedeon procedit*  
*ad bellum.* 35 *Fides eius in promissionem Dei, accepto signo in-*  
*uelleret, corroboratur.*

1 **F**ecerunt autem filij Iſrahel malum in o-  
culis Iehouæ: tradiditque eos Iehouáh in  
manum Midián septem annis.

2 Proinde præualuit manus Midián super I-  
ſrahel: à facie Midián fecerunt sibi filij Iſra-  
hel antra illa quæ sunt in môtibus, & speluncas,  
& munitiones.

3 Quum enim seuerat Iſrahel, ascendebant  
Midián & Amaléc, & filij Cedem ascende-  
bant aduersus eum.

4 Qui castrametabantur aduersus eos, & va-  
stabāt fructum terræ, donec venias in Azzáh,  
neque relinquebant victum in Iſrahel, nec  
pecudes, nec boues, nec asinos:

5 Nam ipsi gregesque eorum ascendebant, &  
tabernacula eorum: veniebantque instar lo-  
custarum præ multitudine, neque ipsorum ca-  
melorumque eorum erat numerus: veniebant  
inquã in terram ad deuiandum eam.

B 6 Attenuatus est igitur Iſrahel valde à facie  
Midián: & clamauerunt filij Iſrahel ad Iehouã.

7 Quum autem clamassent filij Iſrahel ad Ie-  
houam propter Midián,

8 Misit Iehouáh virum Prophetam ad filios  
Iſrahel, dixitque ad eos, Sic dixit Iehouáh  
Deus Iſrahel, Ego eduxi vos ex Ægypto, e-  
duxi inquam vos è domo seruorum,

9 Atque erui vos de manu Ægyptiorum, & de  
manu omnium opprimentium vos: quos ex-  
puli à facie vestra, dedi que vobis terram eorũ:

10 Ac dixi vobis, Ego Iehouáh Deus vester, ne  
timeatis deos Emoræorum in quorum terra  
vos habitatis. & non obtemperastis voci meę.

11 Venit autem Angelus Iehouæ, & mansit sub  
quercu quæ erat in Ophrah, quæ erat ipsi Io-  
as Abiezzeritæ: Gidyon autem filius eius  
excutebat frumenta in torculari, vt fugere fa-  
ceret à facie Midián.

12 Et conspectus est illi Angelus Iehouæ, ac di-  
xit ei, Iehouáh tecum vir fortis.

C 13 Responditque illi Gidyon, Obsecro domi-  
ne mi, estne Iehouáh nobiscum? & vt quid in-  
uenit nos totum hoc? & vbinam sunt omnia  
mirabilia eius quæ narrauerunt nobis patres  
nostri, dicēdo, Nonne de Ægypto eduxit nos  
Iehouáh? & nunc dereliquit nos Iehouáh, tra-  
diditque nos in manum Midián.

1. Reg. 12. b 11 14 Respexit autem ad eum Iehouáh, & ait, Va-  
de in fortitudine tua hac, & saluum facies I-  
ſrahel de manu Midián: nonne misi te?

15 Dixitque ad eum, O Domine mi, in quo sal-  
uum faciã Iſrahel? ecce pater meus pau-  
per est in Menasséh, & ego minimus in do-  
mo patris mei.

16 Tum dixit ad eũ Iehouáh, Quia ero tecum,

percutiesque Midián tanquam virum vnum.  
17 Tunc ait illi, Si quæso inueni gratiam in o-  
culis tuis, fac mihi signum quòd tu loquaris  
mecum:

18 Ne quæso recedas hinc, donec veniam ad te,  
& educam sacrificium meum, & ponam co-  
ram te. Ille respondit, Ego manebo, donec re-  
uertaris.

19 Gidyon autē ingressus est, & apparuit hoc  
dum caprarum, & de modio farinæ in fermenta-  
to panes: carnes posuit in canistro, & ius car-  
nium posuit in olla, & eduxit ad eum qui erat sub  
quercu illa, & obrulit. D

20 Dixitque ad eum Angelus Dei, Tolle car-  
nes illas, & panes illos in fermentatos, ac po-  
ne in rupe ista, & ius carniū effunde. Qui fe-  
cit sic.

21 Postea extendit Angelus Iehouæ summita-  
tem baculi qui erat in manu sua, tetigitque car-  
nes, & in fermentata, ascenditque ignis de ru-  
pe illa, & consumpsit carnes & in fermentata:  
Angelus autem Iehouæ recessit ab oculis eius.

22 Videns verò Gidyon quòd Angelus Ieho-  
uæ esset, dixit, Heu Domine Iehouáh nã pro-  
pterea quod vidi Angelum Iehouæ facie ad  
faciem.

23 Dixitque ei Iehouáh, Pax tibi, ne timeas, nõ  
moreris. E

24 Et ædificauit ibi Gidyon altare Iehouæ,  
vocauique illud, Iehouáh Salon vsque ad  
hanc diem: adhuc est in Ophrah Abiezzeritæ.

25 Fuit autem, nocte ipsa dixit ei Iehouáh, Tol-  
le iuuenicum bouis, qui est patris tui, & iuuen-  
icum secundum septennem: destruesque alta-  
re Bāal, quod est patris tui, lucũ quoque qui  
est iuxta illud, succides.

26 Et ædificabis altare Iehouæ Deo tuo super  
verticem arcis huius, in planitie, tollesque iu-  
uenicum secundum, & ascendere facies holo-  
caustum cum lignis luci quæ succideris.

27 Tulit igitur Gidyon decem viros de seruis  
suis, & fecit quemadmodum dixerat illi Ieho-  
uáh: quumque timeret familiam patris sui, &  
viros ciuitatis ne faceret interdiu, fecit noctu.

28 Quum autem surrexissent viri ciuitatis ma-  
ne, viderunt destructum altare Bāal, & lacus  
qui erat iuxta illud, succisus erat, & iuuenicum  
secundum oblatum super altare ædificatum. F

29 Dixeruntque alter ad alterum, Quis fecit  
hoc? & requisierunt, ac inuestigauerunt, atque  
dixerunt, Gidyon filius Ioas fecit hoc.

30 Tum dixerunt viri ciuitatis ad Ioas, Educ  
filium tuum, & moriatur: quia diruit aram Bā-  
al, & quia succidit lucũ qui erat iuxta illam.

31 Respondit Ioas omnibus qui stabāt iuxta  
se, Vosne litigabitis pro Bāal? num saluum  
facietis eum? qui litigauerit pro eo, interficia-  
tur vsque mane. si Deus est, litiget sibi quòd  
dirui erit aram eius.

32 Et vocauit eum in die ipsa, Jerubbāal, dicē-  
do, Litiget cum eo Bāal, quia diruit arã eius.

33 Omnis autem Midián, & Amaléc, & filij  
Cedem congregati sunt pariter, & transferũt,  
castrametati que sunt in valle Izrehel.

34 Spiritus autem Iehouæ induit Gidyon, &  
clanxit tuba, congregatusque est Abiezzer  
post eum. G

35 Nuntiosque misit in omnem Menasséh, ac  
congregatus est etiã ipse post eum: nuntios  
P

- quoque misit in Aſſér, & in Zebulún, & in Naphthali, ascēderuntque in occursum eorū.
- 36 Dixitque Gidyon ad Deum, Si saluas per manum meam Iſrahelem, quemadmodum loquutus es,
- 37 Ecce ego statuam vellus lanæ in area: si ros fuerit super vellus tantum, & super totam terram fuerit siccitas, tunc certo sciam quod saluum facies per manum meam Iſrahelem, quemadmodum loquutus es.
- 38 Et fuit ita: surrexit nanque in crastino, & cōstrinxit vellus, expressitque rorem de vellere, plenam phialam aqua.
- 39 Dixit præterea Gidyon ad Deum, Ne irascatur furor tuus contra me, & loquar tantum semel, tentem quæso tantum semel in vellere. Sit quæso siccitas super vellus tantum, & super totam terram sit ros.
- 40 Fecitque Deus sic nocte ipsa, & fuit siccitas super vellus tantum, & super totam terram fuit ros.

## CAPVT VII.

1 Deus volens omnia sibi soli tribui, iubet bellatorum numerum minui. 4 Probantur ad aquas, quos velit Dominus pergere cum Gedeone. 8 Gedeon cum trecentis procedit ad bellum contra Madianitas. 9 Descendit Gedeon in castra Madian. 11 Audita somnii interpretatione, victoriam omnino sibi promittit Gedeon. 15 Gedeoni, quæ comitabantur trecenti viri, tradit Deus Madianitas. 24 Ore & Zeb principes occiduntur.

- 1 Surrexit autem summo mane Ierubbáyal (ipse est Gidyon) & omnis populus qui erat cum eo, castrametatique sunt iuxta fontem Haród: castra autem Midian erant ei ab Aquilone citra collem Hammoréh in valle.
- 2 Dixitque Iehouáh ad Gidyon, Maior est populus qui tecum est, quam vt tradam Midian in manum eorum: ne fortè gloriatur contra me Iſrahelem, dicendo, Manus mea salutem fecit mihi.
- 3 Nunc igitur proclama modò in auribus populi, dicendo, Quis est formidolosus & pavidus? reuertatur, & mane facto discedat è môte Gilyád. & reuersa sunt de populo viginti & duo millia, & decè millia tantum remanserunt.
- B 4 Dixitque Iehouáh ad Gidyon, Adhuc populus multus est: deduc eos ad aquas, & probabo eum tibi illic: erit nanque, de quo dixerò tibi, Iste vadat tecum: ipse perger tecum. & de quocunque dixerò tibi, Iste ne eat tecum: ipse non ibit.
- 5 Et deduxit populum ad aquas: dixitque Iehouáh ad Gidyon, Omnem qui lambuerit lingua sua de aqua, quemadmodum lambit canis, stare facies seorsum: atque omnem qui curauerit se super genua sua ad bibendum.
- 6 Fuitque numerus eorum qui è manu sua labendo, ore suo trahebant aquam, trecenti viri: eorum autem reliquum populi curauerunt sese super genua sua ad bibendum aquam.
- 7 Dixitque Iehouáh ad Gidyon, In trecentis viris qui lambuerunt saluabo vos, tradamque Midian in manum tuam: vniversus autem reliquus populus eant singuli in locum suum.
- C 8 Tulerunt itaque escà populus in manu sua, & tubas suas: omnes autem alios viros Iſrahelem dimisit quenque in tabernacula sua, & trecentos tantum viros retinuit: castra verò Midian erant ei subter in valle.
- D 9 Fuit autem, nocte ipsa dixit ad eum Iehouáh,

Surge, descēde in castra: quia tradidi ea in manum tuam.

- 10 Quòd si times descendere, descende tu & Puráh puer tuus ad castra:
- 11 Et audies quid loquantur, & postea confortabuntur manus tuæ, descendesque in castra. Descendit igitur ipse & Puráh puer eius ad extremum armatorum qui erant in castris.
- 12 Midian autem & Amaléc, & omnes filij Cedem iacebant fusi in valle rāquam locustæ præ multitudine, neque camelorum eorum erat numerus, sicut neque arenæ quæ est ad litus maris, præ multitudine.
- 13 Venit inquam Gidyon, & ecce quidam narrabat proximo suo somnium, & dicebat, En somnium somniaui, ecce nanque torra panis hordeacei deuoluentis sese in castra Midian, & peruenit vsque ad tabernaculū, percussitque illud, & corruit: euertit inquam illud desuper, & corruit tabernaculum.
- 14 Cui respondit proximus eius, & ait, Non est hoc nisi gladius Gidyon filij Ioáns viri Iſrahelem: dedit Deus in manum eius Midian, & omnia castra.
- 15 Fuit autem, quum audisset Gidyon narrationem somnii, & interpretationem eius, adorauit: reuersusque est ad castra Iſrahelem, & ait, Surgite: tradidit enim Iehouáh in manum vestram castra Midian.
- 16 Diuisit ergo trecentos viros in tria capita, & dedit tubas in manum omnium eorum, hydriasque vacuas, & lampades in medio hydriarum.
- 17 Dixitque ad eos, Ex me videbitis, & sic facietis: ecce enim ego ingressurus sum extremum castrorum: & tunc quemadmodum faciam, sic facietis.
- 18 Clangā nanque tuba ego & omnes qui sunt mecum, tunc clangetis tubis etiam vos per circuitum omnium castrorum, dicetisque, Iehouæ & Gidyon.
- 19 Ingressus est itaque Gidyon, & centum viri qui cum eo erant, extremum castrorum, in capite vigiliæ mediæ, sed excitando suscitauerant custodes: & clangentibus tubis, confregeruntque hydrias quas habebant in manibus suis.
- 20 Clangentibus inquam tria capita tubis, quum rupissent hydrias, arripueruntque manu sinistra suas lampades, manu verò dextera sua tubas vt clangerent: clamaueruntque, Gladius Iehouæ & Gidyon.
- 21 Substiteruntque simul in loco suo per circuitum castrorum: & confraeta sunt vniversa castra, & vociferati sunt, ac fugerunt.
- 22 Quum ergo clangerent trecenti illi tubis, posuit Iehouáh gladium cuiusque in proximū eius, & in omnia castra: fugit itaque exercitus vsque ad Beth-havsitrah in Sererath, & vsque ad limitem Abel-menholáh iuxta Tabbath.
- 23 Cōgregati sunt autē viri Iſrahelem de Naphthali, & de Aſſér, & de tota tribu Menasséh, & persequuti sunt Midian.
- 24 Nuntiosque misit Gidyon in omnem mōrem Ephraim, dicendo, Descendite in occursum Midian, & præoccupate eis aquas vsque ad Beth-baráh & Iardén. Congregati itaque sunt omnes viri Ephraim, & occupauerunt aquas vsque ad Beth-baráh & Iardén.

Deut. 20. b. 5  
1. Mac. 3. 8. 56

Psal. 82. b. 10

Esā. 10. f. 26  
Psal. 82. c. 12

25 Et comprehenderunt duos principes Midian, **Oreb** & **Zexeb**: interfeceruntque **Oreb** in rupe **Oreb**, & **Zexeb** occiderunt in torculari **Zexeb**, & persequuti sunt Midian: caput autem **Oreb** & **Zexeb** attulerunt ad **Gidyon** trans **Iarden**.

## CAPVT VIII.

*1 Viri Ephraim insurgunt in Gedeonem, quos lenit laudando eos. 5 Socothitæ negant panes Gedeoni persequenti Zebec & Salmana. 6 Ironia. 8 Negant & ciues Phanael. 14 Socothitæ luunt penas immisericordie sue. 17 Phanael habitatores occiduntur. 18 Zebec & Salmana interficiuntur. 23 Dominari Israël Deûs, non se, vult Gedeon. 24 Dantur in aures aureæ Gedeoni à populo. 27 Ephod Gedeonis in offendiculum Israël. 30 Septuaginta filij Gedeonis ex pluribus vxoribus. 31 Abimelech. 33 Moritur Gedeon.*

**D**ixerunt autem ad eum viri **Ephraim**, Cur hoc fecisti nobis, quod non vocaueris nos quum pergeres ad pugnandum contra Midian? & iurgauerunt cum illo fortiter.

2 Quibus respondit, Quid feci nunc sicut vos? nonne melior est racematio **Ephraim** vindemia **Abizezer**?

3 In manum vestram tradidit Deus principes Midian, **Oreb** & **Zexeb**: & quid potui facere sicut vos? tunc leniuit se spiritus eorum ab eo, quum loquutus est verbum hoc.

4 Peruenit ergo **Gidyon** ad **Iarden**: erat autem transiturus ipse & trecenti viri qui cum eo erant **lasi**, & persequentes.

5 Dixitque viris **Suchoth**, Date obsecro rotas panis populo qui est in pedibus meis, quia **lasi** sunt: ego autem persequor **Zeban** & **Salmunnay** reges Midian.

6 Dixitque unus ex principibus **Suchoth**, Nunquid palma **Zeban** & **Salmunnay** nunc est in manu tua, ut demus exercitui tuo panem?

**B** 7 Dixitque **Gidyon**, Idcirco quum tradiderit **Iehouah** **Zeban** & **Salmunnay** in manum meam, tunc triturabo carnem vestram spinis deserti ac tribulis.

8 Ascendit autem illinc in **Penuel**, loquutusque est ad eos simile: & responderunt ei ciues **Penuel** sicuti responderant viri **Suchoth**.

9 Dixitque etiam ciuibus **Penuel**, Quum reuersus fuero in pace, diruam turrim istam.

**C** 10 **Zeban** autem & **Salmunnay** erant in **Carcor**, vna cum castris suis ferme quindecim millia, omnes qui reliqui fuerant ex vniuersis castris filiorum **Cedem**, qui autem ceciderant, fuerunt centum & viginti millia virorum educentium gladium.

**Osee 10. d. 14** 11 Et ascendens **Gidyon** per viam habitantium in tabernaculis ab Oriente ipsius **Noban** & **Iogbehah**, percussit castra, castra autem erant cum fiducia.

12 Quum autem fugerent **Zeban** & **Salmunnay**, insequutus est eos, cepitque duos illos Reges Midian, **Zeban** & **Salmunnay**, & vniuersa castra perterruit.

13 Atque reuersus est **Gidyon** filius **Ioas** è praelio ante ascensum solis.

14 Cepitque puerum de viris **Suchoth**, & interrogauit eum: & scripsit ei principes **Suchoth**, & seniores eius septuaginta septem viros.

**D** 15 Veniens autem ad viros **Suchoth**, dixit, En **Zeban** & **Salmunnay**, super quibus exprobrauistis mihi, dicendo, Num manus **Zeban** &

**Salmunnay** nunc in manu tua sunt, quod postulas ut demus tuis **lasi** panem?

16 Tulit itaque seniores ciuitatis, spinasque deserti ac tribulos, & confregit cum eis viros **Suchoth**.

17 Et turrim **Penuel** diruit, & interfecit viros ciuitatis.

18 Dixit autem ad **Zeban** & **Salmunnay**, Quales erant viri illi quos interfecistis in **Thabor**? Illi responderunt, Qualis tu, tales & ipsi: vnus secundum formam filiorum Regis erat.

19 Et ait, Fratres mei, filij matris meae erant: viuus **Iehouah**, si viuos seruaueritis eos, non occiderem vos.

**E** 20 Dixit ergo ad **Iether** primogenitum suum, Surge, interfice eos. Non eduxit autem puer gladium suum: timebat enim, quia adhuc erat puer.

21 Et ait **Zeban**, & **Salmunnay**, Surge tu, & irruere in nos: quia sicut vir, est fortitudo eius, Surgens itaque **Gidyon**, interfecit **Zeban** & **Salmunnay**: tulitque lunulas quae erant in collis camelorum eorum. **Psal. 82. c. 12**

22 Dixeruntque viri **Israël** ad **Gidyon**, Dominare nobis etiam tu, etiam filius tuus, etiam filius filij tui: quia saluasti nos de manu Midian.

23 **Gidyon** autem respondit illis, Non dominabor ego vobis, nec dominabitur filius meus vobis, sed **Iehouah** dominabitur vobis.

24 Dixit praeterea ad eos **Gidyon**, Postulabo à vobis postulationem ut deris mihi quisque in aurem spoliatorum suorum. In aures enim aureae erant eis: quia **Ismaeliticæ** erant.

**F** 25 Et dixerunt, Dando dabimus. Et expandentes vestimentum, proiecerunt illuc quisque in aurem spoliatorum suorum.

26 Fuit autem pondus inaurium aurearum quas postulauerat, mille & septingentorum aureorum, praeter lunulas, & monilia, & vestes purpureas quae erant super Reges Midian, & praeter torques quae erant in collis camelorum eorum.

27 Et fecit ex eo **Gidyon** **Ephod**, posuitque illud in ciuitate sua, in **Ophrah**. & fornicati sunt vniuersus **Israël** post eum ibi, fuitque **Gidyon** ipsi & domui eius in offendiculum.

28 Humiliatus est itaque Midian coram filiis **Israël**, neque postea eleuauerunt caput suum: quietuitque terra quadraginta annis in diebus **Gidyon**.

29 Abiitque **Ierubbayal** filius **Ioas**, & mansit in domo sua.

30 Ipsi autem **Gidyon** fuerunt septuaginta filij qui egressi erant de femore eius: uxores enim plures fuerant ei.

**G** 31 **Cocubina** autem eius quae erat in **Sechem**, pepererat ei etiam ipsa filium, & imposuit illi nomen **Abimelech**.

32 Mortuus est autem **Gidyon** filius **Ioas** in senectute bona, sepultusque est in sepulchro **Ioas** patris sui in **Ophrah** **Abizezeræi**.

33 Fuit autem quum mortuus esset **Gidyon**, reuersi sunt filij **Israël**, & fornicati sunt post **Beyalim**, posueruntque sibi **Bayal-berith** pro Deo.

34 Neque recordati sunt filij **Israël** amplius **Iehouæ** Dei sui, qui eruit eos de manu omnium inimicorum ipsorum per circuitum.

35 Nec fecerunt misericordiam cum domo Ierubbáyal Gidyón, iuxta omnia bona quæ fecerat in Iŵŵraŵxél.

## CAPVT IX.

1 Abimelech filius Gedeonis occidit 70 fratres suos. 5 Iothã filius Gedeonis minimus latitat. 6 Abimelech cõstituitur Rex. 7 Iothã propofita lignorum parabola prædicat interitum Sichimitarũ & Abimelech. 22 Dominus immittit spiritum odij inter Sichimitas & Abimelech, eique infidantur. 26 Gaal pugna contra Abimelech. 40 Expugnatur exercitus Gaal ab Abimelech. 41 Gaal eijcitur ex Sichem. 43 Abimelech destruit urbem Sichem, interfecitque habitatoribus eius. 46 Turris Sichem cum mille hominibus comburitur. 50 Abimelech oppugnans ciuitatem Thebes, à muliere vulneratur.

1 **A**biit autem Abimelech filius Ierubbáyal in ŵSechém ad fratres matris suæ, loquutusque est ad eos & ad omnem familiam domus patris matris suæ, dicendo,

2 Loquimini obsecro in auribus omnium virorum ŵSechém, Vtrum melius vobis est, vt dominantur vobis septuaginta viri, omnes filij Ierubbáyal, an vt dominetur vobis vir vnus? interim mementote quòd os vestrũ & caro vestra sum.

3 Et loquuti sunt fratres matris eius de eo in auribus omnium virorum ŵSechém omnia verba ista, & inclinavit se cor eorum post Abimelech: dixerunt enim, Frater noster est.

4 Et dederunt ei septuaginta argenteos è domo Báyal-berith, & illis conduxit Abimelech viros vacuos & vagos qui irent post se.

5 Et venit in domum patris sui in ŵOphrah, interfecitque fratres suos filios Ierubbáyal septuaginta viros super lapidem vnum: remãsit autẽ Iothã filius Ierubbáyal paruus, quòd abdidisset sese.

6 Congregauerũt autem sese omnes viri ŵSechém, torãque domus Milló, & ierunt, ac conſtituerunt Abimelech Regem, iuxta planitiẽ statua: quæ erat in ŵSechém.

7 Nuntiauerunt autem ipsi Iothã: qui perrexit, & stetit in vertice môtis Gerizim: & sublata voce sua clamavit, ac dixit eis, Audite me viri ŵSechém, & audiat vos Deus.

B 8 Eundo iuerunt arbores ad vngendum super se Regem: dixerũtque oleæ, Regna super nos.

9 Quibus respõdit olea, Deferãmne pinguedinem meam, qua per me honorificant deos & homines: & vadam vt promouear super arbores?

10 Dixerunt præterea arbores ad ficum, Veni tu, regna super nos.

11 Quibus respondit ficus, Num derelinquam dulcedinem meam, & fructum meum optimum, & vadam vt promouear super arbores?

12 Dixerunt in super arbores ad vitem, Veni tu, regna super nos.

13 Quibus respondit vitis, Num derelinquam mustum meum quod lætificat Deum & homines, & ibo vt promouear super arbores?

14 Dixerunt postremò omnes arbores ad rhamnũ, Veni tu, regna super nos.

15 Respondit autem rhamnũ arboribus, Si in veritate vos vngitis me in Regem super vos, venite, sperate in umbra mea: & si non, egrediatur ignis de rhamnũ, deuorẽtque cedros Lebanón.

C 16 Nunc ergo si in veritate & integritate egistis, quum constituistis regem Abimelech, & si rectè egistis cum Ierubbáyal, & cum domo

eius, si præterea secũdum retributionem manuum eius fecistis ei,

17 (Quia pugnavit pater meus pro vobis, ac proiecit animam suam alonge, vt eriperet vos e manu Midiã:

18 Vos autem insurrexistis contra domum patris mei hodie, & interfecistis filios eius, septuaginta viros super lapidem vnum, & cõstitulistis Regem Abimelech filium ancilla: eius super viros ŵSechém quia frater vester est)

19 Si inquam in veritate & integritate egistis cum Ierubbáyal, & cum domo eius hodie, lætemini de Abimelech, & lætetur etiam ipse de vobis.

20 Quòd si nõ, egrediatur ignis de Abimelech, & deuoret viros ŵSechém, & domum Milló: egrediatur quoque ignis à viris ŵSechém & de domo Milló, & deuoret Abimelech.

21 Fugitque Iothã, fugit inquam, atque abiit in Bexér: & mansit illic à facie Abimelech fratris sui.

22 Imperavit autem Abimelech super Iŵŵraŵxelem tribus annis.

23 Immisitque Deus spiritum malum inter Abimelech & viros ŵSechém, præuaricatique sunt viri ŵSechém in Abimelech.

24 Vt veniret iniuria septuaginta filiorum Ierubbáyal, & vt sanguinem eorum poneret super Abimelech fratrem eorum qui interfecerat eos, & super viros ŵSechém quia roborauerant manus eius vt occideret fratres suos.

25 Posuerũtque aduersus illũ viri ŵSechém insidias super cacumina montium, prædabanturque omnem qui transibat iuxta illa per viam: quòd renuntiatum est ipsi Abimelech.

26 Præterea venit Gáyal filius ŵEbed, & fratres eius, & transierunt in ŵSechém, ac spem suam posuerunt in eo viri ŵSechém.

27 Vnde egressi in agrum, vindemiauerunt vineas suas, & calcauerunt, & lætati sunt: ingressique sunt domum dei sui, ac comederunt & biberunt, & maledixerunt ipsi Abimelech.

28 Dixit autem Gáyal filius ŵEbed, Quis est Abimelech, & quis est ŵSechem, vt seruiamus ei? nõne filius est Ierubbáyal, & Zebũl præpositus eius? seruite potius viris ŵHamór patris ŵSechém. sed quare seruiemus ei nos?

29 Et quis det populum hunc in manu mea, & auferam Abimelech? Et dixit ipsi Abimelech, Auge exercitum tuum, & egredere.

30 Audiens autem Zebũl princeps ciuitatis verba Gáyal filij ŵEbed, iratus est vehementer.

31 Misitque nuntios ad Abimelech in dolo, dicendo, Ecce Gáyal filius ŵEbed & fratres eius veniunt in ŵSechém, & ecce obsident ciuitatem contra te.

32 Nuncigitur surge noctu, tu & populus qui est tecum, & insidiare in agro.

33 Et primo mane ad exortum solis surgens inuades urbem. quũque ipse & populus qui est cum eo, egredietur ad te, facies ei secundũ quòd inuenerit manus tua.

34 Surrexit autem Abimelech, & vniuersus populus qui erat cum eo, noctu, & insidiati sunt ipsi ŵSechém quatuor cunei.

35 Et egressus est Gáyal filius ŵEbed, stetitque in introitu portæ ciuitatis: surrexit autem Abimelech & populus qui erat cum eo de insidiis.

36 Vidēs autem Gáyal populum, ait ad Zebũl, Ecce

Ecce populus descendit de cacuminibus montium. Cui respondit Zebul, Vmbra montium vides quasi homines.

37 Tunc adiecit Gayal, ac dixit, Ecce populus descendunt de umbilico terrae, & dux vnus venit per viam planitie Morvononim.

38 Dixit autem ad eum Zebul, Vbi nunc est os tuum quo dicebas, Quis est Abimelech, vt feruiamus ei? nonne iste est populus quem spreuisti? egredere obsecro nunc, & pugna contra eum.

39 Et egressus est Gayal coram viris vSechem, pugnavitque contra Abimelech.

40 Et persequutus est eum Abimelech, posteaquam fugere ceperat a facie eius, cecideruntque vulnerati multi vsque ad introitum portae.

F 41 Remansit autem Abimelech in Arumah, & expulit Zebul ipsum Gayal & fratres eius, ne manerent in vSechem.

42 Postridie autem egressus est populus in agros, & renuntiaverunt ipsi Abimelech.

43 Tulit igitur populum, & partitus est eos in tria capita, insidialque posuit in agro: vidensque populum egredientem de ciuitate, insurrexit in eos, ac percussit eos.

44 Ipse itaque Abimelech & capita quae erant cum eo, grassati sunt, & constiterunt ad introitum portae ciuitatis: duo autem alia capita grassata sunt aduersus omnes qui erant in agro, & percusserunt eos.

45 Abimelech praeterea oppugnauit urbem toto die illo, & expugnauit eam, ac populum qui erat in ea interfecit: diruitque urbem, & seminauit in ea sal.

46 Audiētes autē omnes viri turris vSechem, venerunt ad arcem Beth-el-berith.

47 Renūciatum verò est ipsi Abimelech quòd illic congregati essent omnes viri turris vSechem:

48 Et ascendit Abimelech in montē vSalmōn, ipse & totus populus qui erat cū eo, tulitque Abimelech secures, & praecidit ramos arborū, quos sustulit, ac posuit super humerum suum, dixitque ad populum qui erat secum, Quod vidistis, feci: festinate, facite sicut ego.

49 Praeciderunt itaque etiam vniuersus populus quisque ramum suum, & iuerunt post Abimelech, deposueruntque ad arcem, & succenderunt super illos arcem igni: mortuique sunt etiam omnes viri turris vSechem, ferē mille viri & mulieres.

50 Abiit deinde Abimelech ad Thebays, & castrametatus est iuxta Thebays, cepitque eam.

51 Turris autem fortis erat in medio ciuitatis, & fugerunt illuc omnes viri, & mulieres, & omnes viri ciuitatis, & clauerunt super se, & ascenderunt super tectum turris.

52 Venit ergo Abimelech vsque ad turrim, & oppugnauit eam: accessitque vsque ad ostium turris, vt combureret illud igni.

2. Reg. 11. c. 21 53 Tum deiecit mulier quaedam fragmen molae super caput Abimelech, confregitque illi caluariam.

54 Qui mox accersito puero portante arma sua, dixit ei, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne forte dicant de me, Mulier interfecit eum. perfodit itaque eum puer eius, & mortuus est.

55 Vidētes autem viri vSaxel quòd mortuus

esset Abimelech, abierunt quisque in locum suum.

56 Reddidit itaque Deus malum Abimelech quod fecerat patri suo, interficiendo septuaginta fratres suos.

57 Sed & omne malum virorum vSechem reddidit Deus in caput eorum: & euenit eis maledictio Iotham filij Ierubbayal.

## CAPVT X

1 Thola, dux vSaxel constituitur. 3 Hinc succedit Iair. 6 Ob idolatriam filij vSaxel traduntur in manus Philistinorum. 10 Cōfidentes Deo peccatum suum, clamant ad ipsum. 11 Arguit vSaxelitas ingratiūdinis Deus. 15 Non cessantium confiteri peccatum, & semper clamantium miseretur Deus.

1 **S**Vrexit autem post Abimelech, vt saluum faceret vSaxel, Tholay filius Puah filij Dodo, vir de tribu vSachar: ipse autem habitabat in vSamir, in monte vEphraim.

2 Iudicauitque vSaxelem viginti & tribus annis: & mortuus est, ac sepultus in vSamir.

3 Post hunc surrexit Iaxir Gilyadites, iudicauitque vSaxelem viginti & duobus annis.

4 Fuerunt autem ei triginta filij equitantes super triginta pullos: quibus & triginta erant vrbes quas vocabant vHauoth Iaxir vsque ad diem hanc, quae sunt in terra Gilyad.

5 Mortuus verò est Iaxir, & sepultus est in Camon. **B**

6 Rursum autem filij vSaxel fecerunt malum in oculis Iehouae, serueruntque Beyalim, & vAsthareth, & diis Aram, diisque vSidon, & diis Moab, ac diis filiorum vAmmon, diis denique Pelisthim, dereliqueruntque Iehouam, & non seruerunt ei.

7 Propterea iratus est furor Iehouae contra vSaxelem, & tradidit eos in manū Pelisthim, & in manum filiorum vAmmon.

8 Qui attriuerunt & confregerunt filios vSaxel anno ipso, octodecim annis cunctos filios vSaxel, qui erant trans Iardē in terra vEmorae, quae est in Gilyad.

9 Transieruntque filij vAmmon Iardē, vt praeliarentur etiam cum Iehudā & Biniamin, etiam cum domo vEphraim, & angustia affectus est vSaxel valde.

10 Clamaueruntque filij vSaxel ad Iehouam, dicendo, Peccauimus tibi, & quia dereliquimus Deū nostrū, & quia seruiuimus Beyalim. **C**

11 Dixit autē Iehouah ad filios vSaxel, Nonne ab Aegyptiis, & vEmoraeo, & filiis vAmmon, & Pelisthim,

12 Praeterea vSidonij & vAmalec, & Maronitarū oppresserunt vos, & clamastis ad me, saluolque feci vos de manu eorum.

13 Vos autem dereliquistis me, & seruiuistis dijs alienis: iccirco non liberabo vos vltra.

14 Ite, & clamate ad deos quos elegistis: ipsi saluent vos tempore angustiae vestrae.

15 Responderunt autem filij vSaxel Iehouae, Peccauimus: fac tu nobis secundum quod bonum est in oculis tuis: tantum libera nos quiesumus, die hac.

16 Et abstulerunt deos alienos de medio sui, serueruntque Iehouae: & angustijs affecta est anima eius propter laborem vSaxel. **D**

17 Cōgregati sunt autem filij vAmmon, & castrametati sunt in Gilyad: congregati sunt quoque filij vSaxel, & castrametati sunt in Mirspah.

18 Dixeruntque populus & principes Gilyád quilibet ad proximum suum, Quicumque cœperit pugnare contra filios & Ammón, erit dux omnibus habitatoribus Gilyád.

## CAPVT XI.

<sup>1</sup> Iephthe meretricis matre natus, occidit fratres suos. <sup>6</sup> Iephthe constituitur super Israelem. <sup>12</sup> Petiit Iephthe per nuntios ab Ammonitis quare Israelitas affligant. <sup>14</sup> Ammon repetit terras ab Israelitis possessas. <sup>28</sup> Ammonite superbi. <sup>29</sup> Spiritu Dei accensus Iephthe, inuadit Ammonitas. <sup>30</sup> Votum Iephthe. <sup>32</sup> Viuuntur Ammonite ab Iephthe. <sup>34</sup> Iephthe reuertenti occurrit filia ipsius.

- 1** Iphthánh auté Gilyadites erat potens viribus, eratque filius mulieris meretricis, genueratque Gilyád ipsum Iphthánh.
- 2** Peperit autem vxor Gilyád ipsi filios: creueruntque filij vxoris, & expulerunt Iphthánh, dixeruntque ei, Non accipies hæreditatem in domo patris nostri: quia filius mulieris alterius es.
- 3** Fugit itaque Iphthánh à facie fratrum suorum, & mansit in terra Tób: collectique sunt ad Iphthánh homines vacui, & egressi sunt cum eo.
- 4** Fuit autem, post aliquot dies pugnaverunt filij & Ammón cum Iſrahél.
- 5** Quí ergo oppugnare cœpissent illos & Ammonitæ, perrexerunt seniores Gilyád vt reducerent Iphthánh de terra Tób.
- 6** Dixeruntque ad Iphthánh, Veni, & esto nobis in principem, vt pugnemus contra filios & Ammón.
- B 7** Respódit Iphthánh senioribus Gilyád, Nónne odio habuistis me, & expulistis me è domo patris mei? & cur venistis ad me nunc quando angustia est vobis?
- 8** Dixeruntque seniores Gilyád ad Iphthánh, Idcirco nũc reuerſi sumus ad te, vt venias nobiscum, pugnesque contra filios & Ammón, & sis nobis dux, omnibus habitatoribus Gilyád.
- 9** Tunc respódit Iphthánh senioribus Gilyád, Si reducatis me vos ad pugnandum contra filios & Ammón, tradideritque eos Iehouáh coram me: eróne vobis dux?
- 10** Tum dixerunt seniores Gilyád ad Iphthánh, Iehouáh audiet inter nos, si non secundum verbum tuum fecerimus.
- 11** Perrexit itaque Iphthánh cum senioribus Gilyád, præposueruntque eum populus supra se in ducem & principem: loquutusque est Iphthánh omnia verba sua coram Iehoua in Mirspáh.
- 12** Misit itaque Iphthánh legatos ad Regem filiorum & Ammón hisce mandatis, Quid mihi & tibi, quòd venisti coram me vt pugnes contra terram meam?
- Num. 21. c. 13** **C 13** Dixitque Rex filiorum & Ammón ad legatos Iphthánh, Quia tulit Iſrahél terram meam quando ascendit ex Ægypto, ab Arnón vsque ad Iabbóc, & vsque ad Iardén: nũc ergo redde eas cum pace.
- 14** Rursum autem Iphthánh misit legatos ad Regem filiorum & Ammón:
- 15** Dixitque ei, Sic dixit Iphthánh, Non cepit Iſrahél terram Moáb, neque terram filiorum & Ammón:
- 16** Sed quum ascenderent ex Ægypto, perambulauit Iſrahél per desertum vsque ad mare & Súph, & peruenit in Cadéws.
- Num. 20. f. 29** **17** Misitque Iſrahél legatos ad Regé & Edóm,

dicendo, Transeam obsecro per terram tuam. Et non audiuit Rex & Edóm. misit quoque ad Regem Moáb legatos: & noluit. mansit itaque Iſrahél in Cadéws.

- 18** Quumque proficisceretur per desertum, circuiuit terram & Edóm & terram Moáb: deuenitque ab Ortus solis terræ Moáb, & castrametati sunt citra Arnón: nec intrauerunt terminum Moáb: Arnón enim est terminus Moáb.
- 19** Propterea misit Iſrahél legatos ad & Sihón regem & Emoræum & Regem & Heribón: & dixit ei Iſrahél, Transeam obsecro per terram tuam vsque ad locum nostrum.
- 20** Et non fudit & Sihón Iſraheli vt transiret per terminum suum, sed cõgregauit & Sihón vniuersum populum suum, & castrametati sunt in Iaháys, & pugnavit cõtra Iſrahalem.
- 21** Tradiditque Iehouáh Deus Iſrahél & Sihón & vniuersum populũ eius in manu Iſrahél, & percusserunt eos: posseditque Iſrahél totam terram & Emoræi habitatoris illius terræ.
- 22** Possederunt in super omnem terminum & Emoræi ab Arnón vsque ad Iabbóc, & à deserto vsque ad Iardén.
- 23** Nunc ergo Iehouáh Deus Iſrahél eiecit & Emoræum à facie populi sui Iſrahél, & tu possidebis eum?
- 24** Nónne quod possidendũ dederit tibi Chemóws deus tuus, illud possidebis? Sic quicumque expulerit Iehouáh Deus noster à facie nostra, illud possidebimus.
- 25** Et nunc, num multo præstantior es Balác filio & Sippór rege Moáb? nunquid iurgando iurgatus est cum Iſrahèle? annon pugnando pugnavit contra eos?
- 26** Quum habitaret Iſrahél in & Heribón, & in viculis eius, & in & Aroyer, & viculis eius, & in omnibus ciuitatibus quæ sunt iuxta terminos Arnón trecentis annis, cur non erulistis in tempore illo?
- 27** Ego autem nõ peccaui in te, & tu facis mihi malum, pugnado contra me: iudicet Iehouáh iudex hodie inter filios Iſrahél & filios & Ammón.
- 28** Et non audiuit Rex filiorum & Ammón verba Iphthánh quæ misit ad eum.
- 29** Fuit autem super Iphthánh Spiritus Iehouæ, & transiit Gilyád & Menawsséh, pertransiuit ite Mirspéh Gilyád, & de Mirspéh Gilyád transiit ad filios & Ammón.
- 30** Vouitque Iphthánh votum Iehouæ, & ait, Si tradendo tradideris filios & Ammón in manum meam,
- 31** Egrediens quod egressum fuerit è foribus domus meæ in occursum meum, quum reuertar in pace à filiis & Ammón, erit Iehouæ, aut offeram illud in holocaustum.
- 32** Tráſiuit itaque Iphthánh ad filios & Ammón vt præliaretur contra illos, tradiditque eos Iehouáh in manum eius.
- 33** Et percussit eos ab & Aroyer vsquequo venias in Minnith, viginti vrbes, & vsque ad & Abel vinearum plaga magna valde: humiliatque sunt filij & Ammón à conspectu filiorum Iſrahél.
- 34** Veniente autem Iphthánh in Mirspáh ad domum suam, en filia eius egreditur in occursum eius cũ tympanis & choris: & tantũ ipsa vnica: non erat ei ex se filius alius, vel filia alia.

35 Fuit

Num. 21. c. 13  
22. c. 24  
D

Num. 22. d. 2

F

- 35 Fuit autem quum vidisset eam, scidit vestimenta sua, & ait, Aháh filia mi incuruádo incuruasti me, & tu es inter turbátes me: etenim aperui os meum ad Iehouam, nec potero retractare.
- G** 36 Cui illa respondit, Pater mi si aperuisti os tuum Iehouæ, fac mihi quemadmodum egresum est ex ore tuo, posteaquam fecit tibi Iehouáh vltiones de inimicis tuis de filiis Ammón.
- 37 Dixit præterea patri suo, Fiat mihi hoc: dimitte me duobus mensibus, vt eam, & descendam super montes, ac fleam super virginitate mea ego & amicæ meæ.
- 38 Ille ait, Vade. Dimisitque eam duobus mensibus: abiit ergo ipsa, & amicæ eius, & fleuit super virginitate sua super montes.
- 39 Circa finem autem duorum mēsum reuersa est ad patrem suum, & fecit de ea votū suum quod vouerat: itaque ea nō cognouerat virū. & fuit in consuetudinem in Iwfraxél,
- 40 Annuatim ibant filia Iwfraxél vt alloquerentur filiū Iphtháth Gilyaditæ quatuor diebus in anno.
- CAPVT XII.
- 1** Seditio Ephraim cōtra Iephthe. **3** Pugna Iephthe cōtra Ephraim. **7** Moritur Iephthe. **8** Abesjan iudicat Israëlem. **11** Elō succedit. **13** Post quem, Abdon.
- 1** Congregati sunt autē viri Ephraim, & tranzierunt ad Aquilonem, dixeruntque ad Iphtháth, Quare transisti ad pugnandum contra filios Ammón, & non vocasti nos vt pergeremus tecum? domum tuam & te cōburemus igni.
- 2** Et dixit Iphtháth ad eos, Vir rixæ fui ego ac popul⁹ meus, & filij Ammón valde vocauiq; vos, & non seruastis me è manu eorum.
- 3** Videns verò quòd non seruaretis, posui animam meam in manu mea, ac transui ad filios Ammón, & tradidit eos Iehouáh in manum meam: sed vt quid ascēdistis ad me die hac ad pugnandum contra me?
- 4** Congregauit itaque Iphtháth omnes viros Gilyád, & pugnavit cū Ephraim: & percussērunt viri Gilyád ipsum Ephraim, quòd dixissent abiecti Ephraim, Estis Gilyád in medio Ephraim & in medio Menasséh.
- 5** Et cepit Gilyád vada Iardén ipsi Ephraim. & fuit, quando dicebant fugitiui Ephraim, Transeam: dicebāt ei viri Gilyád, Nū Ephraim es? Si dicebat, Non:
- C** **6** Tum dicebant ei, Dic nunc vSibóleth. ille autem dicebat, vSibóleth: nec rectè poterat loqui sic. tum apprehēso eo iugulabant eum in vadis Iardén, & ceciderunt tēpore illo de Ephraim quadraginta duo millia.
- 7** Iudicauit autem Iphtháth Iwfraxélem sex annis, & mortuus est Iphtháth Gilyadites, ac sepultus est in vna ex ciuitatibus Gilyád.
- 8** Iudicauit autem post eum Iwfraxélem Abzán de Beth-lénhem.
- 9** Et fuerunt ei triginta filij: & triginta filias misit foras: ac triginta filias introduxit filiis suis dē foris: iudicauitque Iwfraxélem septem annis.
- D** **10** Mortuus est autem Abzán, ac sepultus est in Beth-lénhem.
- 11** Et iudicauit post eum Iwfraxélem Elón

- Zebulonites: iudicauitque Iwfraxélem decem annis.
- 12** Et mortuus est Elón Zebulonites, ac sepultus est in Aialón in terra Zebulón.
- 13** Et post eū iudicauit Iwfraxél, yAbdón filius Hillél Piryathonites.
- 14** Hic habuit quadraginta filios, & triginta filios filiorum equitantes super septuaginta pullos: iudicauitque Iwfraxélem octo annis.
- 15** Mortuus est autem yAbdón filius Hillél Piryathonites, ac sepultus est in Piryathón, in terra Ephraim, in monte yAmalecitarum.

## CAPVT XIII.

- 1** Idololatra filij Israél traduntur Philistæis. **3** Samsonis natiuitas prænuntiatur matri eius. **5** Samson nazareus liberaturus Israëlem. **8** Petit Manue quid agere debeat de filio nascituro. **9** Apparet Angelus Manue. **16** Angelus non vult sibi offerri holocaustum, sed Deo. **19** Manue offert Deo holocaustū. **24** Nascitur Samson.

- 1** Adiderunt præterea filij Iwfraxél facere malum in oculis Iehouæ, tradiditq; eos Iehouáh in manum Peliwsthinorum quadraginta annis.
- 2** Fuit autem vir quidam vnus de ySoryáh, de familia Danitarum, nomine Manóanh: cuius vxor erat sterilis, nec pepererat.
- 3** Apparuitque Angelus Iehouæ mulieri, & dixit ei, Ecce nunc es sterilis, nec peperisti: concipies autem, & paries filium.
- 4** Nunc igitur caue bibas vinū, aut vSéchar, & ne comedas vllum immundum:
- 5** Quia ecce prægnans eris, pariesque filium: & nouacula non ascendet super caput eius, quia neziræus Dei erit puer ab vtero: & ipse incipiet seruare Iwfraxélem de manu Peliwsthinorum.
- 6** Venitque mulier, & dixit hæc viro suo, his verbis, Vir quidam Dei venit ad me, cuius aspectus erat tanquá aspectus Angeli Dei, terribilis valde: & non interrogauit eum vndenam esset, neque nomen suum indicauit mihi.
- 7** Dixitque mihi, Ecce prægnans eris, & paries filium: nūc ergo ne bibas vinum aut vSéchar, neque comedas vllum immundum: quia neziræus Dei erit puer ab vtero, vsque ad diē mortis suæ.
- 8** Orauit itaque Manóanh Iehouam, & ait, Obsecro domine mi, vir Dei quem misisti, veniat quæso iterū ad nos, doceatque nos quid faciamus puero nascituro.
- 9** Exaudiuit autem Deus vocem Manóanh: venit nanque Angelus Dei iterum ad mulierem illam, & ipsa sedebat in agro: Manóanh autem vir eius non erat cum ea.
- 10** Festinans itaque mulier, cucurrit, & nuntiauit viro suo, dicens ei, Ecce visus est mihi vir ille qui venerat hodie ad me.
- 11** Surgens verò Manóanh, venit post vxorem suam: & accedens ad virum, ait illi, Tūne es vir ille qui loquutus erat mulieri? Et ait, Sum.
- 12** Dixitque Manóanh, Nunc veniat sermo tuus, sed quodnam erit iudicium pueri & opus eius?
- 13** Respondit Angelus Iehouæ ipsi Manóanh, Ab omnibus quæ dixi mulieri, caueat,
- 14** De vilo quod egreditur de vite vini, ne comedat, id est vinū aut vSéchar ne bibat, neque

Numer. 6.4.8

B

C

- vllum immundum comedat: quicquid præcepi ei, custodiat.
- 15 Dixitque Manóanh ad Angelum Iehouæ, Remoremur quæso te, & præparabimus cora te hædum caprarum.
- 16 Respondit autem Angelus Iehouæ ipsi Manóanh, Etiam si moratus fueris me, non tamen comedam de pane tuo: si verò feceris holocaustum, Iehouæ offeras illud. Non enim sciebat Manóanh quòd esset Angelus Iehouæ.
- 17 Dixit ergo Manóanh ad Angelum Iehouæ, Quod est nomen tuum, ut quum euenerit verbum tuum, honore prosequamur te?
- 18 Cui respondit Angelus Iehouæ, Ut quid interrogas de nomine meo quum sit occultum?
- 19 Tulit itaque Manóanh hædum caprarum, & oblationem, & obrulit super petram Iehouæ: & miraculum fecit, Manóanh & vxore eius intuentibus.
- D 20 Quum autem ascenderet flamma de altari in cælum, ascendit Angelus Iehouæ in flamma altaris: Manóanh autem & vxor eius intuebantur, & ceciderunt super faciem suam in terram.
- 21 Et vltra non apparuit Angelus Iehouæ ipsi Manóanh & vxori eius: tunc cognouit Manóanh quòd Angelus Iehouæ esset.
- 22 Dixitque Manóanh ad vxorem suam, Moriendò moriemur, quia Deum vidimus.
- 23 Cui respondit vxor sua, Si voluisset Iehouáh occidere nos, non suscepisset de manu nostra holocaustum & oblationem, nec ostendisset nobis omnia hæc, neque hoc tempore dixisset nobis talia.
- 24 Peperit itaque mulier filium, & vocauit nomen eius Simwólón: creuitque puer, & benedixit ei Iehouáh.
- 25 Cæpitque Spiritus Iehouæ roborare eum in Castris Dan, inter Soryáh & Kewsthaól.

## CAPVT XIII.

- 1 Samson ducit vxorem de filiabus Philistinum. 5 Samson leonis catulum dilacerat. 8 Mel cum apum examine in corpore leonis.
- 10 Nuptia Samsonis. 12 Samson sodalibus suis proponit ænigma de leone quem occiderat, in cuius cadauere mel enatum fuerat.
- 17 Vxori exponit ænigma. 20 Vxor Samsonis alteri datur.

- 1 Descendit autem Simwólón in Timnath, viditque mulierem in Thimnath de filiabus Peliwsthinorum:
- 2 Et ascendit, nuntiavitque patri suo ac matri suæ, & ait, Mulierem quandam vidi in Thimnath de filiabus Peliwsthinorum: nunc ergo accipite eam mihi in vxorem.
- 3 Dixitque ei pater suus & mater sua, Annon est inter filias fratrum tuorum, & in omni populo meo mulier: quòd tu vadis ut accipias vxorem de Peliwsthinis incircuncisis? Respondit Simwólón patri suo, Eam accipite mihi: quia placuit in oculis meis.
- 4 Pater verò eius & mater eius nesciebant quòd à Iehoua esset, quòd occasionem quæreret à Peliwsthis: nam tempore illo dominantur Peliwsthei in Israhel.
- 5 Descendit itaque Simwólón & pater eius & mater eius in Thimnath, veneruntque ad vineas Thimnath, & ecce catulus leonum rugiens in occursum eius.
- B 6 Erruit in eum Spiritus Iehouæ, & diuisit eum sicut diuiditur hædus, nec quicquã erat

in manu eius: & non indicauit patri suo & matri suæ quod fecerat.

- 7 Descendit inquam, & loquutus est mulieri quæ placuerat in oculis Simwólón.
- 8 Reuersus autem post dies aliquot, ut acciperet eam, declinauit ut videret cadauer leonis, & ecce examé apuerat in cadauere leonis, & mel.
- 9 Sumpsitque illud in manus suas, & perrexit pergendo ac comedendo: qui perueniens ad patrem suum & matrem suam, dedit eis, & comederunt: sed non indicauit eis quòd de cadauere leonis sumpsisset mel.
- 10 Descenditque pater eius ad mulierem: fecitque ibi Simwólón conuiuium: sic enim faciebant iuuenes.
- 11 Quum autem vidissent eum, acceperunt triginta socios, & fuerunt cum eo.
- 12 Dixitque eis Simwólón, Proponam nunc vobis ænigma: si indicando indicaueritis illud mihi septem diebus conuiuij, & inueneritis, dabo vobis triginta linteamina, & triginta mutatorias vestes:
- 13 Si verò non potueritis indicare mihi, dabitis vos mihi triginta linteamina, & triginta mutatorias vestes. Qui responderunt ei, Propone ænigma tuum, & audiemus illud.
- 14 Dixitque eis, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Et non potuerunt indicare ænigma tribus diebus.
- 15 Fuit igitur, die septima dixerunt vxori Simwólón, Persuade viro tuo ut indicet nobis ænigma, ne fortè comburamus te, & domum patris tui igni. an ut possideret nos, vocasti nos? an non sic est?
- 16 Fleuitque vxor Simwólón apud eum, & ait, D Profectò odisti me, & non diligis me: ænigma proposuisti filiis populi mei, & tamen mihi nõ indicasti. Qui ait illi, Ecce patri meo & matri meæ non indicaui, & tibi indicabo?
- 17 Fleuit itaque apud eum septem diebus quibus fuit eis conuiuium: fuit autem ut die septima indicauerit ei, quia coartabat eum: quæ indicauit ænigma filiis populi sui.
- 18 Dixerunt ergo ei viri ciuitatis die septima, antequam occumberet sol, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui dixit eis, Nisi arasseris in vitula mea, non inuenissetis ænigma meum.
- 19 Et irruit in eum Spiritus Iehouæ, & descendit in Awicelón, & percussit ex eis triginta viros: exuuiasque eorum tollens, dedit mutatorias iis qui indicauerant ænigma: & iratus est furor eius, ascenditque in domum patris sui.
- 20 Et fuit vxor Simwólón sodali suo, quem associauerat sibi.

## CAPVT XV.

- 1 Samson propter ablatam vxorem segetem Philistinorum exurit. 6 Samson vxor à Philistinis comburitur. 10 Samson ligatus traditur Philistinis. 15 Maxilla asini, Spiritu Dei motus mille viros occidit. 18 Victoriam Deo tribuit. 19 Aquis è dente molars asini fluentibus sum leuat.

- 1 Fuit autem post dies aliquot, in diebus messis triticeæ, visitauit Simwólón vxorem suam cum hædo caprarum, dixitque, Ingreddiar ad vxorem meam in cubiculum. Et non permisit illi pater eius ut ingrederetur.
- 2 Dixitque pater eius, Putauit quòd odisses eam, propterea tradidi eam sodali tuo: annon est

est soror eius minor pulchrior illa? sit nunc tibi pro illa.

- 3 Dixitque ei **W**Simwſon, Innocens ero vice hac à Peliwſthæis, quum fecero ego illis malum.
- 4 Abiens ergo **W**Simwſon, cepit trecetas vulpes: acceptisque facibus, conuertit caudam ad caudam, & posuit facem vnam inter duas caudas in medio.
- 5 Postea succendit ignem in facibus, & emisit in segetes Peliwſthinorum, & succendit ab aceruo vsque ad segetem, & vsque ad vineas & oleas.
- B** 6 Dixeruntque Peliwſthæi, Quis fecit hoc? Et dixerunt, **W**Simwſon gener Thimnei: quod abstulerit uxorem eius, & tradiderit eam sodali eius. Ascenderunt itaque Peliwſthæi, & combusserunt eam & patrem eius igni.
- 7 Quibus dixit **W**Simwſon, Si fecissetis sicut hoc: sed vindicabo me de vobis, & postea cessabo.
- 8 Itaque percussit eos in coxa vnà cum femore plaga magna: & descendens mansit in cacumine petrae **W**Etám.
- 9 Ascenderunt autem Peliwſthim, & castramerati sunt in Iehudáh, extenderuntque se in Lénhi.
- 10 Dixeruntque viri Iehudáh, Vt quid ascendistis aduersum nos? Responderunt, Vt ligemus **W**Simwſon ascendimus, vt faciamus ei quemadmodum fecit nobis.
- C** 11 Descenderunt ergo tria millia virorum de Iehudáh ad summitatem petrae **W**Etám, dixeruntque ad **W**Simwſon, Annon nosti quod dominantur nobis Peliwſthim? cur igitur hoc fecisti nobis? Respondit illis, Quemadmodum fecerunt mihi, sic feci eis.
- 12 Dixerunt præterea ei, Ad ligandum te descendimus, vt tradamus te in manum Peliwſthinorum. Respondit quoque eis **W**Simwſon, Iurate mihi quod non irruetis in me vos.
- 13 Tum dixerunt ei his verbis, Non, sed ligando ligabimus te, trademusque te in manum eorum: at occidendo non occidemus te. ligauerunt itaque eum duobus funibus nouis, & abduxerunt eum de Petra.
- 14 Qui quum peruenisset vsque ad Lénhi, Peliwſthim vociferati sunt in occursum eius: irruit autem in eum Spiritus Iehouæ, & fuerunt funes qui erant in brachiis eius, tanquam lina quæ combusta sunt igni, & dissoluta sunt vincula eius de manibus eius.
- D** 15 Inuenitque maxillam asini recentem, misitque manu sua sustulit illam, & percussit eam mille viros.
- 16 Dixitque **W**Simwſon, Cum maxilla asini aceruus, duo acerui: cum maxilla asini percussit mille viros.
- 17 Quumque finem fecisset loquendi, proiecit maxillam è manu sua, & vocauit locum ipsum Rámath-lénhi.
- 18 Sitiuit autem vehementer, & clamauit ad Iehouam, atque ait, Tu dedisti per manum seruiti salutem hanc magnam: nunc autem moriar siti, & cadam in manum incircumfororum.
- 19 Tum rupit Deus molarem dentem qui erat in maxilla, & egressæ sunt ex eo aquæ, & bibit: reuersusque est spiritus eius, ac reuixit: idcirco vocauit nomen eius **W**Enhaccorés, qui est

in Lénhi vsque ad diem hanc.

- 20 Iudicauitque **W**fraxelem in diebus Peliwſthinorum viginti annis.

## CAPVT XVI

*1 Samson ingreditur ad mulierem meretricem. 2 Portas Gazæ in montem defert. 3 Samson amat Dalilam, quam saepe deludit petentē in quo esset eius maxima fortitudo. 15 Sason tandē indicat Dalile in quo sit sua fortitudo, & decipitur. 19 Samsonē deficit fortitudo. 21 Apprehensum Samsonē excæcant Philistiim. 23 Dagori idolo tribuunt Gazæ quod captus sit Samson. 25 Læ fit Samson Philistiim. 28 Orat Samson reddi sibi fortitudinē. 30 Moritur cū principibus Philistinorū & reliqua multitudine.*

- P**errexit autē **W**Simwſon in **W**Azzá, viditque illic mulierem meretricem, & ingressus est ad eam.
- 2 **W**Azzitis dictum fuit dicēdo, Venit **W**Simwſon huc. Et circumdederunt, & insidiati sunt ei tota nocte in porta vrbis: tacueruntque tota nocte, Dicendo, Vsque ad lucem matutinam expectemus, & occidemus eum.
- 3 Dormiuit autem **W**Simwſon vsque ad dimidium noctis, media autem nocte surrexit: apprehendensque fores portæ vrbis cū duobus postibus, profectus est cum eis vnà cum veste, quum imposuisset humeris suis: ascenditque cum eis in verticem montis, qui erat contra faciem **W**Hebrón.
- 4 Postea autem deamauit mulierem in torrente **W**Soréc, cuius nomen erat Deliláh.
- 5 Ascenderunt autem ad eam satrapæ Peliwſthinorum, dixeruntque ei, Decipe eum, & vide in quo sit fortitudo eius magna, & qua re præualeamus illi, vt ligatū affligamus ipsum: **B** & nos dabimus tibi singuli mille & centum argenteos.
- 6 Dixit ergo Deliláh ad **W**Simwſon, Indica quæso mihi in quo sit fortitudo tua magna, & quo ligatus affligi possis.
- 7 Respondit ei **W**Simwſon, Si ligauerint me septem virgis viridibus quæ necdum aruerint: tunc infirmus reddar, & ero sicut vnus ex ceteris hominibus.
- 8 Attulerunt ergo ad eam satrapæ Peliwſthinorum septem virgas virides quæ necdum aruerant, & ligauit eum illis.
- 9 Porrò insidiæ erant dispositæ apud illam in cubiculo: dixitque ad eum, Peliwſthim super te **W**Simwſon. Et rupit virgas quæ admodum rumpitur filum stupæ quum olfacit ignem, & non est agnita fortitudo eius.
- 10 Dixitque Deliláh ad **W**Simwſon, Ecce delusisti me, loquutusque es mihi mendacia: nunc indica quæso mihi quo ligeris.
- 11 Qui respondit ad eam, Si ligando ligauerint me funibus nouis, quibus non factum sit aliquid operis, tunc infirmus reddar, & ero sicut vnus ex ceteris hominibus. **C**
- 12 Tulit igitur Deliláh funes nouos, & ligauit eum illis, dixitque ad eum, Peliwſthim super te **W**Simwſon (insidiæ autem erant dispositæ in cubiculo) Et rupit eos à brachiis suis tanquam filum.
- 13 Dixitque Deliláh ad **W**Simwſon, Haftenus delusisti me, & loquutus es mihi mendacia: indica mihi quo ligeris. Respondit illi, Si atxeris septem circinios capitis mei licio.
- 14 Et fixit clauo: dixitque ad eum, Peliwſthim super te **W**Simwſon. Et expergefactus somno suo, profectus est cū clauo texturæ & licio.

- D** 15 Illa rursum dixit ei, Quomodo dicis, Diligo te & cor tuum non est mecum? iam tribus vicibus delulisti me, nec indicasti mihi in quo sit fortitudo tua magna.
- 16 Fuit itaque quum coartaret eum verbis suis, singulis diebus, & molestaret eum, angustiis affecta est anima eius, ita ut moreretur.
- 17 Quapropter indicauit ei totum cor suum, dixitque ei, Nouacula non ascendit super caput meum, quia nazareus Dei sum ab utero matris meae: si ralus fuero, receder à me fortitudo mea, & infirmus reddar, & ero sicut omnes homines.
- 18 Vidēs autem Delilah quod indicasset ei totum cor suum, misit accersitum principes Peliwsthinorum, his verbis, Ascendite hac vice, quia indicauit mihi totum cor suum. Ascenderunt igitur ad eam principes Peliwsthinorum, deferentes argentum in manibus suis.
- E** 19 Et dormire fecit eum super genua sua, vocauitque virū, & radi fecit septem cincinnos capitis eius, cœpitque affligere eum, & recessit fortitudo eius ab eo.
- 20 Dixitque, Peliwsthim super te wSimwson. Expergefactus autem somno suo, dixit, Egrediar sicut semel & iterum, & excutiam me. Et nesciebat quod Iehouah recessisset à se.
- 21 Apprehēdētes igitur eum Peliwsthim, effoderunt oculos eius, & descendere fecerunt eū in wAzzah, & ligauerunt eum compedibus, & molebat in domo uinctorum.
- 22 Cœpit autem pilus capitis eius germinare posteaquam ralus fuit.
- 23 Satrapæ autem Peliwsthinorum congregati sunt ut sacrificarent sacrificium magnū Dagon Deo suo, & ut lætarentur: & dixerūt, Tradidit nobis Deus noster in manum nostram wSimwson inimicum nostrum.
- F** 24 Quūque uidissent eum populus, laudauerunt deum suum: dicebant enim, Tradidit deus noster in manus nostras inimicum nostrum, & eum qui deuastabat terram nostram, quique multiplicauit occisos nostros.
- 25 Fuit autem, quum exhilaratum esset cor eorum, dixerunt, Vocate wSimwson, & ludat coram nobis. Vocauerunt ergo wSimwson, de domo uinctorū, & lusit ante eos: collocaueruntque eum inter columnas.
- 26 Et ait wSimwson ad puerum qui tenebat manum eius, Duc me, & fac palpare me columnas super quas domus firmatur, ut innitar eis.
- 27 Porrò domus ipsa plena erat uirorū & mulierum, ibiq; erant omnes satrapæ Peliwsthim, & super tectum, circiter tria millia uirorum & mulierum, qui spectabant dum luderet wSimwson.
- G** 28 Clamauit autem wSimwson ad Iehouam, & ait, Domine Iehouah memento mei obsecro, & fortifica me obsecro, tātūm vice hac ò Deus & sumam ultionem vnā ē duobus oculis meis de Peliwsthinis.
- 29 Complexus itaque est wSimwson ambas columnas medias, quibus domus ipsa nitebatur, & innixus est illis: vna erat à dextera eius, & altera à sinistra eius.
- 30 Simūlque dixit wSimwson, Moriatur anima mea cum Peliwsthæis, & inclinauit se fortiter, ceciditque domus super satrapas, super-

que uniuersum populum qui erat in ea: fueruntque mortui quos interfecit quum moreretur ipse plures, quàm quos mori fecit dum uiueret ipse.

- 31 Descenderunt autem fratres eius, & tota domus patris eius, tuleruntque eum, & ascenderunt, sepelieruntque eum inter wSoryah & wEwsthaol in sepulchro Manoth patris sui: ipse autem iudicauit wIsraelem viginti annis.

## CAPVT XVII.

<sup>1</sup> Michæ mater curat sibi faciēda idola duo: alterum sculptile, alterū conflatile. <sup>8</sup> Adolescentem Bethlehemitam sumit sibi Michæ in sacerdotem.

- F** 1 Vit autem vir quidam de monte wEphraim, cuius nomen Michæiehu.
- 2 Dixitque matri suæ, Mille & centum argentei qui ablati fuerunt tibi, propter quos maledixisti, me audiente, ecce argentum illud apud me est, ego accepi illud. Et dixit mater eius, Benedictus fili mi à Iehouah.
- 3 Reddidit itaque mille & centum argenteos matri suæ: dixitque mater eius, Sanctificando sanctificaueram argentum illud Iehouæ de manu mea filio meo ad faciendum sculptile & conflatile: quapropter nūc reddā illud tibi. **B**
- 4 Qui reddidit argentum matri suæ: tulitque mater eius ducētos argenteos, quos dedit argentario, & fecit ex eis sculptile & conflatile, & fuit in domo Michæiehu.
- 5 Viro autem Michah erat domus Dei, fecitque wephod & theraphim, & consecrauit manum vnus ē filiis suis, & fuit ei sacerdos.
- 6 In diebus illis nō erat Rex in wIsraēl, quisque quod rectum erat in oculis suis, faciebat. **C**
- 7 Fuit autem puer de Beth-lehem Iehudāh, de familia Iehudāh, qui erat Leuita, peregrinabaturque ibi.
- 8 Abiit autem vir ille de ciuitate, de Beth-lehem Iehudāh, ad peregrinandum ubicūque inuenisset: uenitque in mōtem wEphraim usque ad domum Michah, ad faciendum iter suum.
- 9 Dixitque ei Michah, Vndenam uenis? Respondit ei Leuita, Ego uenio de Beth-lehem Iehudāh, & ego pergo ad peregrinandum ubicunque inuenero. **D**
- 10 Dixitque ei Michah, Mane apud me, & esto mihi pro patre & pro sacerdote: ego uerò dabo tibi decem argenteos annuatim, atque ordinem uentorum, & uictum tuum. Et perrexit Leuita.
- 11 Placuitque Leuitæ manere cū viro: fuitque ei adolescens ille tanquam vnus ex filiis suis.
- 12 Et consecrauit Michah manum Leuitæ, fuitque ei adolescens ille pro sacerdote: itaque habitauit in domo Michah.
- 13 Dixit autem Michah, Nunc scio quod benefaciet mihi Iehouah, quod sit mihi Leuita pro sacerdote.

## CAPVT XVIII.

<sup>1</sup> Tribus Dan querit sibi possessionem ampliorem. <sup>2</sup> Ingreduntur exploratores in domum Michæ. <sup>7</sup> Veniunt Laui. <sup>8</sup> Reuersi fratribus narrant quid egissent. <sup>11</sup> Proficiuntur sexcenti uiri de cognatione Dan in Lau. <sup>17</sup> Auferunt idola Michæ & sacerdotem eius. <sup>27</sup> Laui incēdunt: quam rursum extruēt, habitant in ea.

- I** N diebus illis non erat Rex in wIsraēl, & in diebus illis tribus Danitica quærebat sibi

fibi hæreditatem ad habitandum: non enim ceciderat ei fors vsque ad diem ipsum in medio tribuum Iſrahél, in hæreditatem.

2 Miserunt ergo filij Dan de familia sua quinque viros de finibus suis viros fortes de *ſor-yáh* & de *ſewſthaxól*, vt explorarent terrá, & diligenter inſpicerent eam: dixeruntque illis, *Ite, explore terram. Qui quum veniſſent in montem Ephráim vsque ad domum Micháh, pernoctauerunt ibi.*

3 Quum autem eſſent iuxta domum Micháh, agnouerunt vocem adoleſcentis Leuitæ: & declinauerunt illuc, dixeruntque ei, *Quis adduxit te huc? & quid tu facis hic? & quid tibi negotij hic?*

4 Reſpondit eis, *Talia & talia fecit mihi Micháh: mercedéque conduxit me, vt eſſem illi pro ſacerdote.*

5 Dixeruntque ei, *Conſule obſecro Deum, vt ſciamus an ſecundet viam noſtram per quam ambulamus.*

6 Et reſpondit illis ſacerdos, *Ite in pace: corá Iehoua eſt via veſtra per quam ambulatis.*

7 Itaque abierunt quinque viri illi, & venerunt in *Laiws*, videruntque populum qui erat in ea, habitantem confidenter, iuxta conſuetudinem *ſidoniorum*, quieſcentem & confidentem & quod non eſſet qui pudore ſuffunderet eos in aliquo in terra, nec qui hæreditate acciperet regnum, & quod diſtarét à *ſidoniis*, nec commercium haberent cum quoquam.

8 Reuerſis autem ad fratres ſuos in *ſor-yáh* & *ſewſthaxól*, dixerunt fratres eorum, *Quid vos?*

9 Et dixerunt, *Surgite, & aſcendamus ad eos: vidimus enim terram, & ecce bona valde: & vos ſiletis? ne ſitis pigri ad proficiſcendum, vt ingrediamini ad poſſidendum terram:*

10 *(Quando intrabitis, intrabit ad populum confidentem, præterea lata locis eſt) quia tradidit eam Deus in manum veſtram, locum in quo non eſt penuria vllius rei quæ naſcatur in terra.*

11 Profeſti ſunt itaque inde de familia Danitica, de *ſor-yáh* & *ſewſthaxól*, ſexcenti viri accincti inſtrumentis bellicis.

12 Et aſcenderunt, caſtrametati que ſunt in *Ciriáth-ieyarím* in *Iehudáh*. idcirco vocauerunt locum ipſum *Manhanéh Dan*, vsque ad diem hanc: ecce eſt poſt *Ciriáth-ieyarím*.

13 Et illinc tranſeuntes in montem Ephráim, venerunt vsque ad domum Micháh.

14 Loquuti que ſunt quinque viri qui perrexerant ad explorandum terram *Laiws*: dixeruntque fratribus ſuis: *Annó noſtis quod eſt in ædibus iſtis nephód, & theraphim, & ſculptile, & conſtatile? nunc igitur ſcitote quid faciatis.*

15 Et declinauerunt illuc, veneruntque domum adoleſcentis Leuitæ, qui erat in domo Micháh, & ſalutauerunt eum pacificé.

16 Sexcenti autem viri accincti armis bellicis ſuis conſiſtebant ad oſtium portæ, qui erát de filiis Dan.

17 Et aſcendentes quinque viri qui iuerant ad explorandum terram, ingreſſi illuc, tulerunt ſculptile, & nephód, & theraphim, & conſtatile: (ſacerdos autem ſtabat ad oſtium portæ, cū ſexcentis viris accinctis armis bellicis)

18 Iſti inquam ingreſſi domum Micháh, tulerunt ſculptile, nephód, & theraphim, & conſtatile, dixitque ad eos ſacerdos, *Quid facitis?*

runt ſculptile, nephód, & theraphim, & conſtatile, dixitque ad eos ſacerdos, *Quid facitis?*

19 Qui reſponderunt, *Tace, pone manum tuam ſuper os tuum, & veni nobiſcum, & eſto nobis pro patre, & ſacerdote. vtrum melius eſt, te eſſe ſacerdotem domus viri vnus, an te eſſe ſacerdotem tribus & familiæ in Iſrahél?*

20 Et lætatum eſt cor ſacerdotis, tulitque nephód, & theraphim, & ſculptile, & ingreſſus eſt medium populi.

21 Et conuerſi abierunt, poſueruntque paruulos, & iumenta, & pretioſa ante ſe.

22 Quum auté procul eſſent à domo Micháh, viri qui erant in domibus quæ erant iuxta domum Micháh, congregati ſunt, perſequentiq; ſunt filios Dan:

23 Ac clamauerunt ad filios Dan: qui vertentes facies ſuas, dixerunt ad Micháh, *Quid tibi, quòd congregatus eſ?*

24 Reſpondit, *Deos meos quos feci, tuliftis, & ſacerdotem, & abiiftis: & quid mihi vltra? & cur hoc dicitis mihi, Quid tibi?*

25 Cui reſpoderunt filij Dan, *Ne audire facias vocem tuam nobiſcum, ne fortè irruát in vos viri amari animo, & perdas animam tuam & animam domus tuæ.*

26 Et pergebant viri Dan in viam ſuam: vidés autem Micháh quòd fortiores ſe eſſent, conuerſus eſt, ac rediit domum ſuam.

27 Iſi ergo acceperunt quod fecerat Micháh, & ſacerdotem quem habebat, veneruntque ad *Laiws*, ad populum quieſcentem, & confidentem, percuſſeruntque eos acie gladii, ac urbem ſuccenderunt igni.

28 Et non fuit liberator, quia longinqua erat à *ſidón*, nec commercium erat eis cum quouis homine: ea autem ſita erat in valle quæ erat ipſi *Beth-rehób*: inſtaurauerunt autem urbem, & manſerunt in ea.

29 Vocaueruntque nomé urbis Dan de nomine Dan patris ſui, qui natus fuerat ipſi Iſrahél: & quidem *Laiws* nomen erat urbi prius.

30 Erexerunt autem ſibi filij Dan ſculptile: *Iehonathán* autem filius *Gerſóm* filij *Menaféh*, ipſe & filij eius fuerunt ſacerdotes tribui Danitæ vsque ad diem captiuitatis terræ.

31 Erexerunt inquam ſibi ſculptile ipſius Micháh quod fecerat, cunctis diebus quibus fuit domus Dei in *Silóh*.

## CAPVT XIX.

1 Vxor cuiusdam Leuitæ, reuertitur in domum patris. 20 Reducit eam maritus. 14 Diuertunt in Gabaa, & ſuſcipiuntur à ſene quodam. 22 Gabaonite abutuntur concubina Leuitæ. 26 Moritur vxor Leuitæ. 29 Maritus in duodecim partes eam paritur, mittens eam ad filios Iſrahel.

1 **F**Vit præterea diebus illis quibus Rex non erat in Iſrahél, vir quidam Leuita vt peregrinus habitans in lateribus montis Ephráim, accepit ſibi vxorem concubinam de *Beth-lénhem Iehudáh*.

2 Fornicata eſt autem apud eum concubina illa, & recessit ab eo ad domum patris ſui in *Beth-lénhem Iehudáh*: fuitque ibi dies aliquot, nempe quatuor meſes.

3 Surgens autem vir eius, perrexit poſt eam, vt loqueretur ad cor eius, ad reducendam eam: habés ſecum puerum ſuum, & par afinorum: ea verò

- ea verò introduxit eum in domum patris sui: quem quum vidisset pater puellæ, lætatus est in occursum eius.
- 4 Et amplexatus est eum focer eius pater puellæ, Manlitque cum eo tribus diebus: comederuntque ac biberunt, pernoctaueruntque illic.
- 5 Fuit verò die quarta quum summo mane surrexissent, surrexit & ille ut abiret. Tum dixit pater puellæ ad generum suum, Fulci cor tuum buccella panis, & postea abibitis.
- B 6 Sederunt ergo, ac comederunt ambo pariter, & biberunt: postea dixit pater puellæ ad virum, Acquiesce quæso ut pernoctes, & iucundetur cor tuum.
- 7 Quum verò surrexisset vir ille ut pergeret, compulit eum focer eius: reuersus itaque est, & pernoctauit ibi.
- 8 Surrexit postea summo mane die quinta, ut pergeret: & dixit pater puellæ, Fulci quæso cor tuum. Tardauerunt itaque eum, donec inclinaretur dies, comederuntque ambo.
- 9 Tandem surrexit vir ille ut abiret ipse & concubina eius & puer eius: tunc dixit ei focer eius pater puellæ, En iam remissior facta est dies ut occidat, propterea pernoctate quæso, ecce māsio est dici: pernocta ergo hinc, & iucundetur cor tuum, & summo mane surgetis cras in viam vestram, pergēsque in tabernaculum tuum.
- C 10 Noluit autem ille pernoctare, sed surgens abiit, venitque eregione Iebus (ipsa est Ierusalem) & cum eo par asinorum onustorum, & concubina eius,
- 11 Quum autem essent iuxta Iebus, dies descenderat valde: dixitque puer domino suo, Veni obsecro, diuertamus ad urbem Iebusæorum hanc, ut pernoctemus in ea.
- 12 Cui respondit dominus eius, Ne diuertamus ad ullam urbem alienigenarum quæ non est de filiis Iŵsraél, sed transeamus vsque ad Gibyáh.
- 13 Dixit præterea puero suo, Age accedamus ad alterum locorum ut pernoctemus in Gibyáh, vel Ramáh.
- 14 Transeuntibus igitur abierunt: & occubuit eis sol iuxta Gibyáh, quæ est Biniámin.
- D 15 Diuerterunt itaque illuc, ut ingrederentur ad pernoctandum in Gibyáh: & ingressus sedit in platea ciuitatis, nec fuit quisquam qui colligeret eos in domum ad pernoctandum.
- 16 Ecce autem vir quidam veniebat ab opere suo ex agro vesperi, qui erat de monte Ephráim, & peregrinabatur in Gibyáh: at viri loci illius erant filij Iemini.
- 17 Quumque leuasset oculos suos, vidit virum istum deambulantem per plateam ciuitatis: dixitque vir ille senex, Quò vadis, & vnde venis?
- 18 Cui respondit, Transimus nos de Bethléhem Iehudáh vsque ad latera montis Ephráim vnde sum: perrexi nanque vsque ad Bethléhem Iehudáh, & ad domum Iehouæ vado, & non est quisquam qui colligat me in domum:
- E 19 Quum & palea, etiam & fœnum sit pro asinis nostris, & etiam panis, præterea & vinum est mihi & ancillæ tuæ, & puero qui est cum seruo tuo: non est penuria vllius rei.
- 20 Dixitque vir ille senex, Pax tibi: veruntamē omnis penuria tua sit super me, tantum in platea ne manseris.
- 21 Introduxit igitur eum in domum suam, pa-
- bulumque præbuit asinis: postea lauerunt pedes suos, comederuntque ac biberunt.
- 22 Quumque ipsi exhilararent cor suum, ecce viri ciuitatis, viri impij, gyrauerunt iuxta domum, pulsantes ostium: dixeruntque viro illi domino domus, feni illi, dicendo, Educ virum qui ingressus est domum tuam, ut cognoscamus eum.
- 23 Egressus est autem ad eos vir ille dominus domus, dixitque eis, Ne fratres mei, ne malefaciatis obsecro: posteaquam ingressus est vir iste domum meam, ne faciatis nefas hoc.
- 24 En filia mea virgo, & concubina eius, educam nunc eas, & affligite illas, ac facite illis quod bonum est in oculis vestris: viro autem huic ne faciatis rem ignominiosam istam.
- 25 Noluerunt autem viri illi audire eum: apprehendit ergo vir ille concubinam suam, & eduxit ad eos foras, & cognouerunt eam, abusi que sunt ea tota nocte vsque mane: postea remiserunt eam quum ascenderet aurora.
- 26 Et venit mulier sub aurora ipsam, corruitque ad ostium domus viri vbi erat dominus eius, vsque ad lucem.
- 27 Surgens verò dominus eius mane, & aperiens ostia domus, egressus est ut iret in viam suam, & en mulier concubina eius corruerat ad ostium domus, & manus eius erant super limen.
- 28 Dixitque ad eam, Surge, & eamus. Et non respondebat: tollens igitur eam super asinum, surrexit vir ille, & abiit in locum suum.
- 29 Qui quum venisset domum suam, accepit gladium, & arrepta concubina sua, in frustra concidit eam cum ossibus illius in duodecim frustra, & misit eam in omnem terminum Iŵsraél.
- 30 Fuit autem, quicumque videbat, dicebat, Nō fuit factum nec visum simile à die quo ascenderunt filij Iŵsraél à terra Ægypti vsque in hunc diem: ponite cor vestrum super eam, cōfulite, & loquimini.

## CAPVT XX.

1 Filij Israel congregantur in Maspha ob uxorem Leuitæ. 8 Israelitæ petunt sibi tradi homines qui scelus perpetrasset. 12 Beniaminitæ negant se daturus, sed contra defendunt Gabaonitas. 15 Viginti sex millia & sexcenti ex Biniámin. 17 Quadringenta millia Israelitarum. 18 Israelitæ consulunt Deum contra Biniámin pugnaturos, & vincuntur. 21 Rursum consulto Domino vincuntur. 26 Tertio consulunt Deum, & traduntur Beniaminitæ in manus ipsorum.

- 1 Egredi autem omnes filij Iŵsraél, congregatus est cœtus tanquam vir vnus, à Dá vsque Bexér-wsébay, & à terra Gilyád, ad Iehouam in Mixspáh. Osee 10. 6. 9
- 2 Astiteruntque anguli totius populi, & omnes tribus Iŵsraél in ecclesia populi Dei quadringenta millia virorum peditum educentium gladium.
- 3 (Audierunt autem filij Biniámin quod ascēdissent filij Iŵsraél in Mixspáh) dixeruntque filij Iŵsraél, Dicite quo modo admissum est scelus hoc?
- 4 Et respondit vir Leuita, maritus mulieris occisæ, & ait, In Gibyáh quæ est ipsius Biniámin, venerá & concubina mea ad pernoctandum.
- 5 Surrexeruntque aduersum me viri Gibyáh, & circundederunt aduersum me domum noctu: me cogitauerant occidere, at concubinam meam affixerunt, & mortua est.

- 6 Arripui itaq; concubinam meam, & in frustra concidi eam, ac misi eam in totam regionem hereditatis Iŵŵraŵél: fecerunt enim abominationem & scditatem in Iŵŵraŵél.
- 7 Ecce omnes vos filij Iŵŵraŵél, date verbum & consilium híc.
- 8 Surrexitq; vniuersus populus tanquam vir vnus, dicendo, Non ibimus quisque in tabernaculum suum, neque discedemus quisque in domum suam.
- 9 Nunc ergo hoc est quod faciemus ipsi Gibyáh, contra eam per sortem.
- B 10 Accipiemus decem viros, è ceterum de omni tribu Iŵŵraŵél, & centum ex mille, & mille ex decem millibus, vt afferant cibum populo, vt faciat quum peruenerit in Gibyáh Biniamín, iuxta omnè scditatè quam fecit in Iŵŵraŵél.
- 11 Congregatus est itaque omnis vir Iŵŵraŵél in ciuitatem tanquam vir vnus, socij.
- 12 Miserunt autem tribus Iŵŵraŵél viros in omnes tribus filiorú Biniamín, dicendo, Quod malum est hoc quod factum est in vobis?
- 13 Nunc igitur date viros impios qui sunt in Gibyáh, vt occidamus eos, & auferamus malum ex Iŵŵraŵél. Er noluerunt filij Biniamín audire vocem fratrum suorum filios Iŵŵraŵél:
- 14 Sed congregati sunt filij Biniamín ex vrbibus in Gibyáh, vt exirent ad bellum contra filios Iŵŵraŵél.
- 15 Numerati sunt autem filij Biniamín in die illa de vrbibus, vigintifex millia virorum educentium gladiú: præter habitatores Gibyáh, qui numerati fuerunt sexcenti viri electi.
- C 16 Ex toto populo isto septingenti viri electi qui erát clausa manu dextera sua, qui omnes funda iaciebant lapidem ad capillum, neque aberrabant.
- 17 Viri autem Iŵŵraŵél numerati sunt, præter Biniamín quadringenta millia uirorum euaginantium gladium: omnes isti, viri bellatores.
- 18 Surrexerunt autem & ascenderunt in domum Dei, & interrogauerunt Deum, ac dixerunt filij Iŵŵraŵél, Quis ascendet nobis in principio ad bellum contra filios Biniamín? Dixitque Iehouáh, Iehudáh in principio.
- 19 Surrexerunt itaque filij Iŵŵraŵél mane, & castrametari sunt contra Gibyáh.
- 20 Egressi sunt in quã viri Iŵŵraŵél ad bellum contra Biniamín, & disposuerunt contra eos uiri Iŵŵraŵél bellum, contra Gibyáh.
- 21 Egressi sunt autem filij Biniamín de Gibyáh, & perdiderunt de Iŵŵraŵél die illa duo & viginti millia virorum ad terram.
- 22 Et confortatus est populus vir Iŵŵraŵél, & rursum disposuerunt bellum in loco in quo disposuerant die prima.
- D 23 Ascenderant autem filij Iŵŵraŵél, & fleuerant ante Iehouam vsque ad vesperam, & interrogauerát Iehouam hisce verbis, Num addam accedere ad bellum contra filios Biniamín fratris mei? Dixerátque Iehouáh, Ascendite contra eum.
- 24 Congressi sunt igitur filij Iŵŵraŵél cum filijs Biniamín postero die.
- 25 Et egressus est Biniamín in occursum eorú de Gibyáh postero die, & perdiderunt de filijs Iŵŵraŵél adhuc decem & octo millia virorum, ad terram: omnes ij, distringere gladium nouerant.
- 26 Propterea ascenderút omnes filij Iŵŵraŵél, atque vniuersus populus, & venerút in domú Dei fleueruntq; ac manserút illic coram Iehoua: ieiunauerunt quoq; die illa vsq; ad vesperam, & obtulerunt holocausta atque pacifica coram Iehoua.
- 27 Interrogaueruntq; filij Iŵŵraŵél Iehouá (ibi enim erat arca scederis Dei in diebus illis:
- 28 Et Pinnhás filius Elyazar filij Aharón stabat ante eã etiam in diebus illis) dicendo, Num addam vltra egredi ad bellú contra filios Biniamín fratris mei, an desistam? Respondit Iehouáh, Ascendite: quia cras dabo eum in manum tuam.
- 29 Posuit itaque Iŵŵraŵél insidias contra Gibyáh per circuitum.
- 30 Ascenderétq; filij Iŵŵraŵél contra filios Biniamín die tertia, disposuerunt contra Gibyáh sicut semel & iterum.
- E 31 Egressi autè filij Biniamín in occursum populi, auulsi sunt è ciuitate, & cœperút percutere de populo vulneratos sicut semel & iterum per semitas (quarum vna ascendebat in domum Dei, & altera in Gibyáh) in agro ferè triginta viros de Iŵŵraŵél.
- 32 Dixeruntq; filij Biniamín, Cæsi sunt coram nobis sicut prius. Filij autè Iŵŵraŵél dixerunt, Fugiamus, & auellamus eum ab vrbe vsq; ad semitas.
- 33 Quum autè omnes viri Iŵŵraŵél surrexissent è loco suo, disposuerunt in Báyal-thamar: interim insidiæ Iŵŵraŵélis exibant è loco suo, è gramineto Gébay.
- 34 Itaq; venerunt contra Gibyáh decem millia virorum electorú ex toto Iŵŵraŵele, & prælium aggrauatum est: illi autem nesciebant quòd attingeret eos malum.
- 35 Percussitq; Iehouáh Biniamín corã Iŵŵraŵele, & perdiderút filij Iŵŵraŵél de Biniamín die illa viginti quinque millia & centum viros: omnes ij euaginabant gladium.
- F 36 Viderunt verò filij Biniamín quòd percuterentur: dederant autè viri Iŵŵraŵél locum ipsi Biniamín, confidebant enim in insidijs quas collocauerant contra Gibyáh.
- 37 Insidiæ autè festinauerút, & impetú fecerút contra Gibyáh, & protraxerunt buccinæ sonitum insidiæ, & percusserunt vniuersos vrbis habitatores acie gladij.
- 38 Tempus autè constitutum erat viro Iŵŵraŵél cum insidijs, quòd magna diligentia ascendere facerent incendium fumi è ciuitate.
- 39 Verterant autè sese viri Iŵŵraŵél in prælio, & Biniamín cœperat percutere vulneratos ex viris Iŵŵraŵél ferè triginta viros: dicebát enim, Equidem percutiendo percussus est corã nobis sicut priore consictu.
- 40 Incendium autè cœperat ascendere è ciuitate ut columna fumi, respexit autem Biniamín post se, & ecce iam ascenderat incendium vrbis ad cælum.
- 41 Viri autem Iŵŵraŵél verterút sese: itaq; territi sunt viri Biniamín, quòd viderent sibi instare interitum.
- 42 Verterantq; sese ante viros Iŵŵraŵél ad viã deserti, & præliú assequutú est eos: & qui de vrbibus, trucidabant eos in medio sui.
- G 43 Circundederunt Biniamín, persequi fecerunt eos, diligenter conculcauerunt eos vsq;

- eregione Gibyáh ad ortum solis:
- 44 Ceciderunt ergo de Biniamín octodecim millia virorum: atque omnes ij, viri fortes.
- 45 Qui uertentes sese, fugerunt ad desertum ad Petram Rimmón, & racemauerunt eos in semitis, quinq; millia virorum: & persecuti sunt eos vsque ad Gidyóm, ac percusserunt ex eis duo millia virorum.
- 46 Fuerunt autem omnes qui ceciderunt de Biniamín, viginti quinq; millia virorum euaginantium gladium in die illa: omnes ij, viri fortes.
- 47 Conuersi itaque fugerunt versus desertum ad Petram Rimmón sexcenti viri, & manserunt in Petra Rimmón quatuor mensibus.
- 48 Porro viri Iwfraxél reuersi sunt ad filios Biniamín, & percusserunt eos acie gladij, de urbibus viros, in agris autem vsq; ad iumentum, vsque ad omne quod inueniebatur: etiam omnes vrbes quæ inueniebantur, miserunt in ignem.

## CAPVT XXI.

*1 Filij Israël iurant, se non duros filias suas reliquis filijs Beniamin. 10 Habitatores Iabes Galaad percutiuntur. 12 Virgines eorum 400 dantur Beniamin. 15 Filij Israël dolent super interfensione Beniamin. 19 Virgines Silo rapiuntur à Beniamin.*

- P**ORRO viri Iwfraxél iurauerunt in Mirspáh, his verbis, Vir ex nobis non dabit filiam suam ipsi Biniamín in vxorem.
- 2 Et venit populus in domū Dei, manseruntque ibi vsque ad vesperam coram Deo, leuaueruntq; vocē suam, ac fleuerūt fletu magno.
- 3 Atq; dixerunt, Vt quid Iehouáh Deus Iwfraxél factum est hoc in Iwfraxél vt deficeret hodie tribus una ex Iwfraxél?
- 4 Postridie autem surrexit populus, & ædificauerunt ibi altare, obtuleruntque holocausta & pacifica.
- 5 Dixerunt autem filij Iwfraxél, Quis est qui non ascendit in cœtum ex omnibus tribubus Iwfraxél ad Iehouam? Iuramētum enim grande fuerat pro eo qui nō ascendisset ad Iehouā in Mirspáh, dicendo, Moriēdo morietur.
- 6 Et pœnituit filios Iwfraxél Biniamín fratris sui, ac dixerunt, Excisa est hodie tribus una ex Iwfraxél.
- 7 Quid faciemus eis qui remanserūt pro vxoribus, quum nos iurauerimus per Iehouam, nos non duros eis de filiabus nostris in vxores?
- B** 8 Dixerunt inquam, Quis vnus de tribubus Iwfraxél est qui non ascendit ad Iehouam in Mirspáh? & ecce nō venerat quisquam ad castra de Iabéws Gilyád ad congregationem.
- 9 Numeratus enim fuerat populus, & ecce non erat ibi quisquam de habitatoribus Iabéws Gilyád.
- 10 Miserunt ergo illuc congregatio duodecim

millia virorū de viris fortibus: præceperuntque eis dicendo, Ite, & percutite habitatores Iabéws Gilyád acie gladij, & mulieres & paruulos.

11 Hoc est autem quod facietis, Omnem masculum, & omnem mulierem quæ experta est concubitum virilem, interficietis.

12 Inuenerunt igitur de habitatoribus Iabéws Gilyád quadringentas puellas virgines quæ non cognouerāt virum concubitu virili, quas adduxerunt ad castra in Silóh, quæ erant in terra Chenáyan.

13 Miserunt itaque tota congregatio, & loquuti sunt ad filios Biniamín qui erant in petra Rimmón, & vocauerunt eos cum pace.

14 Itaque reuersus est Biniamín tempore illo, & dederunt eis vxores quas seruaerāt viuas ex mulieribus Iabéws Gilyád, neque suffecerunt eis sic.

15 Populum autem pœnituit ipsius Biniamín, quod fecisset Iehouáh fracturam in tribubus Iwfraxél.

16 Dixerunt ergo seniores cœtus, Quid faciemus reliquis, pro vxoribus? delata est enim de Biniamín mulier.

17 Dixerunt præterea, Hæreditas euasione sit Biniamín, vt non deleatur tribus de Iwfraxél.

18 Nos enim non possumus dare eis vxores de filiabus nostris. Iurauerant nanque filij Iwfraxél, dicendo, Maledictus qui dederit vxorem ipsi Biniamín.

19 Dixerunt insuper, Ecce solennitas Iehouæ celebratur in Silóh quotannis, in loco qui est ad Aquilonem domus Dei ad exortum solis viæ quæ ascēdit è domo Dei ad Sechém, & à Meridie ipsi Lebonáh.

20 Preceperunt ergo filijs Biniamín, dicendo, Ite, & insidiamini in vineis.

21 Ac videte: ecce nanque si egressæ fuerint filia Silóh ad saltandum in choris, tunc exite è vineis, & rapite vobis quisque vxorem suam de filiabus Silóh, & ite in terram Biniamín.

22 Quum autem venerint patres earū, vel fratres earum ad iurgandum ante nos, tunc dicemus eis, Miseremini nostri pro illis: quia non accepimus vnicuique mulierem suam in bello illo: quia non dedistis illis: ita ut tempore hoc, deliqueritis.

23 Fecerunt ergo ita filij Biniamín, tuleruntq; vxores secundum numerum suum de saltantibus, quas rapuerunt, atque abierunt: reuersique sunt ad hæreditatem suam, & instaurantes vrbes, habitauerunt in eis.

24 Itaque abierunt illinc filij Iwfraxél eo tempore, quisque ad tribum suam, & familiam suam: egressi inquam sunt inde singuli ad hæreditatem suam.

25 In diebus illis non erat Rex in Iwfraxél: quifque quod rectum erat in oculis suis faciebat.